

Nr. Praesides

- 1 Thomasius Selineatio Historie iuris.
- 2 Hildebrand Prolegomena juris universi.
- 3 Knorre Observatt ad proemium Constitutionum.
- 4 Mueller De quinquennio studii juris.
- 5 Elend Utrum methodus demonstrativa in juris prudentia civili adhiberi queat
- 6 Wolf De fato Philosopho.
- 7 Bruckner - Iustitia Romanorum.
- 8 Hoheisel - principiis iur. nat. de interpret. et de Antiqu.
- 9 Perdesius - iurisprudentia non papizantei.
- 10 Birnbaum - insigni Physicae utilitate in jurisprudentia.
- 11 Reinhard - septem legibus damnatis ff. crucibus factorum.
- 12 Brunquell - preferentia juris Germ. pugnantis cum ff. R.
- 13 Koch - fictionibus juris.
- 14 Seeliger Reg universalis reg particularum iustitiam jurisprud.
- 15 Thomasius De iudicis morum.
- 16 Cocepi - iudicis morum.
- 17 Thomasius - morum cum iure scripto contentione.
- 18 Struv - consuetudinibus rationalibus & irrat.
- 19 Schmalz - legum et consuetudinum iure R. fontibus.
- 20 Thomasius - felicitate subditorum Brandenburg. de confartia
- 21 Reuter - dominis quiritariv seu bonitario.
- 22 Frommann - revocatione privilegiorum licita
- 23 Thomasius - hominibus propriis et libereis Germanorum
- 24 Schroeder - notione rusticorum Germanie.

Nr.	Praefices	
25	Pertsch	De divisione operarum in determinatas & indet.
26	Krone	- different. Jur. S. et R. in Nobilitate adoptivas.
27	Thomafius	- existimatione fama & infamia extra Rempt.
28	Heineccius	- leonis nota macula.
29	Crell	- adoptione in locum fratris n. monstrofa.
30	Knittel s.	abgottauor grotisb Gnade.
31	Stryk	Se privilegiis titulo onerosi qualitatis
32	Ziegler	- iuribus Iudeorum.
33	Wildvogel	- Iudeorum receptione.
34	Schulz	Iudeis.
35	Kayser	- Autonomia Iudeorum.

16

DISSERTATIO JURIDICA
DE
JUDICIO
SEU
CENSURA MORUM,
QUAM
IN REGIA FRIDERICIANA
PRÆSIDE
D. CHRIST. THOMASIO,
JCTO,
SERENISS. ET POTENT. REGIS BORUSS.
CONSILIARIO INTIMO ET PRO-
FESS. JUR. ORDIN.

PUBLICE PROPONIT

D. X. MAJI A. M DCC II.

H. L. Q. C.

**CHRISTOPHORUS GUILIELMUS SCHEURL,
DE DEFERSDORF.**

NORIMB.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS JOAN. CHRIST. GRUNERTI, ACAD. TYPOGR.
Recusa 1748. (8 $\frac{1}{2}$)

DISTRICTUS IUDICIO
DE
IUDICIO
SE
CENSURY MORUM
MAUD
IN NIGRA HIBERNICANA
RESIDENCE
D. CHRIST. THOMASO
GOTO
SHERIFF ET PONIT REGIS BORUSS
CORONATIONIS M. R. PRO
TERRA ILLAR ORDIN
X TERRAE IRMANT
L. X. MAG. A. M. DEC. II
CHRISTOPHERUS GUTHIUS SCHEUT
DE DRESDEN
NORMAN
HILDEBRAND
JOAN. CHRIST. GRUNERTI VEN. TACCI
XVII d. 17



DISSERTATIO
DE
JUDICIO SEU CENSURA
MORUM.

CAPUT I.

Status Controversiæ.

§. I.

Sapientissimus Legislator Deus Optimus Maximus per Lex Mosaica servum suum Mosen inter alias leges forentes etiam de poena filii promulgaverat Deuteron. cap. 21. vers. 18. seq. Cum immorigeri cuiquam fuerit filius contumax & rebellis, qui non ^{huc} non per- auscultet voci patris, neque voci matris, eumque cor- ripuerint, negve tamen iis obsequvurus sit: eum comprehen- dent pater & mater, eduentque ad senes urbis, atque ad portam ejus loci. Tum dicent senibus ejus urbis: filius hic noster contumax & rebellis est, non paret voci nostræ, com- messor est & ebriosus. Dein lapidibus eum obruent viri ejus oppidi, & morietur. Ita malum e medio tui tolles, & omnis Israël hoc audiens timebit. Putate quidem Doctissimus

A

Cleri-

DISSERTATIO DE JUDICIO

Clericus in notis ad hunc locum, qvod debeat intelligi contumacia & protervia intolerabilis, atqve in rebus magni momenti; ut si contumeliose parentes appellaret, & graviter peccans castigari ab iis nollet. Alioqui vitio, qvod ferri posset, tam gravis poena inficta non fuisse, neqve a parentibus flagitata. Ego tamen arbitror hanc explicationem repugnare textui, cum aperte filii *commessatoris & ebriosi* fiat mentio, quæ vitia alias pro talibus communiter haberi solent, qvæ non sunt adeo intolerabilia, ut adeo Lex hæc sit plane diversa a Lege *Exod. 21. vers. 17. & Levit. c. 20. v. 9.* poenam capitalem dictante filiis, qvi parentibus maledicunt. Occurrunt potius dubia difficiliora. Utrum unius ex parentibus & potissimum patris accusatio sufficerit, an vero utriusque consensus hic fuerit necessarius? Utrum sola assertio parentum suffecerit, an insuper alia probatione fuerit opus, & pleniore causæ cognitione? An Judices mitigare pro diversitate circumstantiarum poenam potuerint? Cur parentibus foliis Jus vitæ & necis non fuerit indulxum? & qvæ sunt similia. Sed cum istud judicium de moribus liberorum huc non pertineat, curam hanc aliis relinqimus. Etsi enim textus loquitur de moribus filii talibus, qvæ alias in adultis & patribus familias lege poenali non coercabantur, adeoque per paulo post dicenda videbatur huc pertinere, revera tamen non pertinet, qvia nos solliciti sumus de judicio non privato aut semi-privato, qvale illud Mosaicum erat, sed publico, neqve ab arbitrio parentum dependente, verum autoritate publica in cives qvosvis & patresfamilias exercendo.

§. II. Unde & judicium de moribus huc non pertinet, qvod sublatum esse dicit Justinianus *in rubrica Cod. de repud. & judic. morum sublato, & in L. penult. Cod. eod.* Hoc qvale fuerit, ingenue profitetur Accursius se ignorare. Et qvamvis Jacobus Rævardus *Varior. lib. 4. cap. 13.* in eo totus sit, ut demonstret, judicium hoc pertinuisse ad cognitionem Cen-

Nec huc pertinet judicium de moribus a Justin. sublatum.

SEU CENSURA MORUM CAP. I.

3

Censorum, utpote qvi & ipsi olim de moribus Uxorū cognoverint, de qvo capite secundo videbimus, in eo tamen certe fefellit, qvod putet, illam Censorum cognitionem hic a Justiniano intelligi, qvodqve eodem referat ea, qvæ Ulpianus tit. 6. de retentione sextæ vel octavæ partis ex dote ob mores Uxorū disserit, aliosqve textus Pandectarum. Ista enim omnia potius pertinuerunt ad judicia Prætoria de rei uxoriæ actione, vel ex stipulatu, qvibus uxor dotem repetebat, & in qvibus marito jus competebat retinendæ sextæ partis ex dote, si divorcium factum sit, ob mores graviores, octavæ ob leviores. Erant vero mores graviores adulteria, leviores reliqui omnes. *Ulpianus d. l.* Et spectasse hanc retentionem ad illa judicia Prætorum, non Censorum, probatur *ex L. un. Cod. de R. U. act. §. 5.* ubi sustulit Justinianus istas retentiones ex moribus. Adde qvod Quintilianus *Lib. 7. c. 4.* scribat, in rei uxoriæ actione qvæsitum fuisse, utrius culpa divorcium factum sit. Fallitur & in eo Rævardus, dum dicit: *Sin contra mariti moribus accidisset, ut a marito diverteret ad amicos uxor, qvo minus pariratione rerum propter nuptias donatarum certam aliquam partem uxor conseqveretur, nihil mibi videtur obstatisse.* Mihi vero videntur obstatre ea, qvæ Ulpianus d. tit. 6. § 13. habet: *Mariti mores puniuntur, in ea qvidem dote, qvæ a die reddi debet. Ita propter maiores mores præsentem dotem reddit: propter minores senum mensum die. In ea autem, qvæ præsens reddi solet, tantum ex fructibus jubetur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur: quod repræsentatio facit.* Ipse vero Justinianus cum statim initio Imperii hoc judicium de moribus sustulisset *d. l. penult. C. de repud.* in eo peccavit Tribonianus, qvod ejus quasi adhuc vigentis & usitatæ vestigia in Pandectis temere, ut sollet, reliquerit. Pertinent enim huc ex Paulo *L. 5 ff. de paſt. dot. L. 15. §. 1. ff. sol. matrim.* ex Papiniano *L. 39. sol. matrim.* ex Scævola *L. 47. ff. eod. Conf. Balduni Justinianum lib. 1. p. 33. seq. Briffon. de Form. Pop. Rom. lib. 5. pag. m. 445. seq.* Nam qvod

A 2

DISSERTATIO DE JUDICIO

quod hæc leges non pertineant ad judicia Censorum, ut vult Rævardus d. l. vel ex eo insuper appareat, quod *cap. seq.* docebimus, Censorum officium ad tempora Pauli & Papiani non durasse. Ergo cum istud judicium de moribus ad causas privatorum pertinuerit, & in specie ad maritorum interesse pecuniarium, a scopo nostro alienum est.

Judicium
morum est
judicium im-
proprie di-
stum,

§. III. Nos enim solliciti sumus de judicio publicam & communem omnibus civibus utilitatem spectante. Adhibuimus autem vocem *Judicij* magis, ut inserviremus illis, qvi judicia hæc morum cum magnis querelis super depravatione morum, commendant, qvam, ut judicium id re vera sit, aut five publici five privati judicij species. Apposite eam in rem Cicero in orat. pro Cuentio c. 42. Sequitur id, quod illi judicium appellant, majores autem nostrinunquam neque judicium nominarunt, neque perinde, ut rem judicatam observarunt, animadversio atque autoritas Censoria. Et mox c. 43. *Censores* denique ipsi sc̄enunm̄e superiorum Censorum judiciis (si ista judicia appellare vultis) non steterunt. Et iterum cap. 45. Quid igitur Censore securi sunt? Ne ipsi qvidem, ut gravissime dicam, qvicquam aliud dicent præter sermonemata que famam, nihil se testibus, nihil tabulis, nihil gravi aliquo argumento comperisse nihil denique causa cognita statuisse dicent. Vides igitur statim in anteceſsum dum de judicio morum agitur, an judicio suo utantur scriptores commendantes judicium morum omni judicij regula deſtitutum. Ut itaque & adverſarii & recte rationi latisſaceret, utrumqve in titulo posui, & *judicium, & Censuram morum.*

§. IV. Etsi igitur dixerimus nos sollicitos esse de judicio morum publicam utilitatem spectante, non tamen fit publicum, non tamen putandum est, ac si mores, qvi judicio illi subsunt, sint delicta vel crimina publica, vel etiam extraordinaria, (qvæ mina neque nihil aliud sunt, qvam species qvædam criminum publico-publica nerum vid. Dn. Præf. Disp. 13. Lips. §. 7. seq.) Nam crimina in que extraordi- naria, specie publica illa vocabantur, in qvæ poena interest Re-publicæ

SEU CENSURA MORUM. CAP. I.

5

publicæ respiciens certa & speciali aliquia lege publicorum judiciorum vel SCto erat statuta, extraordinaria, ubi deficit Lex & SCtum poenam dictans, sed res relinqvit arbitrio judicis. At in judicio morum nulla lex poenam imponens, nulla poena proprie dicta, nullus judex, qui more majorum seu omnium populorum judicet. De Judice jam diximus. De differentia inter notam censoriam & poenam dicemus cap. seq. Nunc saltem reliqua illustrabimus dictis Autorum.

§. V. Ut legibus Magistratus & judges, (sic Befoldus De qvibus a- differit, Op. Polit. Lib. 6. diff. 3. qvæ est de Magistratibus & Cen- sitoribus cap. 4.) ita moribus præficiendi sunt Censores: qui ea, dicia morum disponere de- qvæ legibus definiri nequeunt, (qvorum nomine actio non beant ex datur, corrigant, notent, vid. Chokier in aphorism. lib. 5. c. 19. mente Befol- fol. 28t. Hilliger ad Donell. 17. cap. 24. lit. S. Quam multa, di- inquit Seneca, pietas, humanitas, liberalitas fides, justitia exi- gunt, qvæ extra publicas tabulas sunt: neglecta tamen aut con- temptu habitæ; multorum magnorumque malorum causa sunt. Bodin 6. de Repub. Lips. 4. polit. II. Hi maximarum, minimarumque rerum, præcipue circa morum disciplinam, cognitio- nem animadversionemque habeant: de qvibus leges, aut non scriptæ, aut qvæ judicio poenali haut digna videbantur. Inquirebant etenim; quo se qvisque modo, domi sive, intra Laris penetralia, erga uxorem, liberos, erga servos, erga propinquos, necessarios, vicinos gereret; qvæ institutio liberorum, qvæ dis- ciplina, unde virtus & amicitia, quis opum usus, quis abusus; qvicutus, qvæ incuria, quis focus & mensa &c. Omnes malas artes, & libidines malas, voluptatesque indignas, otium, lu- xum omnem prohibebant: ab universisque exigeabant, ut probi- tati atque industria, non sumptibus & divitiis studerent. Et paulo post §. 3. Pertinet Censura (1) adea tantum delicta, qvæ probari sufficienter non possunt, (2) ad ea crimina, qvorum nomine actio vel accusatio non datur: puta si quis non ri- te liberos educet.

A 3

§. VI.



DISSERTATIO DE JUDICIO

Bodini Op.
 nio ea de re,
 ejusque com-
 mendatio
 censuræ

§. VI. Prolixiores locum ex Bodino dabimus, non
 solum, quia distinctius paulo proponit ea, quæ ad judicium
 morum pertinere debent, sed & quia immiscet multa in
 commendationem hujus judicij, ut eo magis videamur
 esse alieni ab astutia, ac si velimus præparare animum Le-
 toris præjudiciis pro sententia nostra, cum potius eidem
 subministramus talia loca scriptorum, quæ ipsummet in ad-
 versam nobis sententiam rapere possint. Sic autem ille
 lib. 6. de Rep. c. 1. p. m 984. seq. Neque tamen publicorum
 aut privatorum criminum cognitionem suspiciebant Censores;
 hæc enim Magistratum decretis ac sententiis finiebantur; sed
 omnis animadversio eorum vitorum erat, quæ nec legibus nec
 Magistratum judicis vindicantur. Quanquam nec Magis-
 tratus ulli tam accurate sceleras ulciscuntur, quin maxima
 pars publicam declinet animadversionem, ac leges ita perrum-
 pat, ut bestie majores aranearum telas subtile, quibus exiguae
 muscas irretiri videamus. Et ut publice omnia, quæ legibus sunt
 comprehensa crimina, vindicantur, quis tamen ex legibus virtu-
 tem aut dignitatem metiatur? &c. Certe quidem nemini du-
 bium esse arbitror, quin maxima quæque scleras, quibus maxi-
 me infestantur civitates a judicis & a tribunalibus procul arce-
 antur. Perfidia nullis Magistratum judicis vindicatur. Quo
 tamen flagitio vix illum detestabilius est: at ea cognitio tota fu-
 it Censorum. Indicant, inquit Tullius, notationes animadver-
 sionesque Centorum qui nulla de re diligentius, quam de ju-
 rejurando judicabant. Jam vero ebrietates, crapulae, luxus,
 alea, scortationes publice ac private, nulla vi, nullo judiciorum
 metu coercentur; quibus morbis qui mederi sine Censura potest?
 publici vero corruptores hic illuc vagantur, & optimos quos-
 que ad cedes occultas, vel ad rapinas designant; a quibus tan-
 dem nisi a Censoribus arceri a Republica possunt? Nam Censores,
 quo quisque modo se domi & in ipsis latebris adversus uxorem, in
 liberos, erga servos, cum propinquis se gereret, accurate conqui-
 sierunt. Quamobrem si proprium nomen Censura queratur, ego
 civi-

SEU CENSURA MORUM. CAP. I.

7

civitatum gubernatricem, virtutum omnium effectricem, bonorum civium procreatricem, improborum expultricem appellare non dubitem: cum ea non modo flagitorum ac improbitatum robustiorum radices circumcidere, verum etiam vitiorum fibras evellere, stirpes elidere, semina extingvere sola posse videatur. Quid si veteribus olim tam utilis Censura visa, ut civitates ea carere non possent: profecto his temporibus multo magis necessaria judicanda sit: propterea, quod omnium fere populorum moribus ac legibus maritus in uxorem, pater in liberos, dominus in servos vita ac necis potestatem habuerunt, ut superius diximus: nunc vero cum jus illud unicuique ad eum sit, quis impietatem liberorum adversus parentes, uxorum impudicitiam erga maritos, servorum peccantiam in dominos, vindicare poterit? quam multæ puellæ etiamnum a parentibus ipsis prostituuntur? quam multæ corpore quæstum facere quam nubere, infantes exponere aut necare, quam alere præstabilios ducunt? quo tamen sublata Censura coerceri poterunt nunquam &c. Quia legum metus non sceleras, sed licentiam comprimit: cum innumerabiles & olim fuerint, & hodie sint, qui tametsi ab edictis Praetorum & Principum legibus non desciscant, nequissime tamen vivunt. Reclite enim Laelantius: Possunt, inquit, leges delicta punire, conscientiam punire non possunt. Cum etiam ab educatione juventutis totius humanæ vite ac civitatis bene insituenda momenta pendere videantur, ut sapienter est a Plat. ex Lycurgi sententia dictum: quis putet ullam educationis sine Censoribus curam haberi posse? nam quod publicum esse debuerat, privatorum voluntati relinquitur &c. Quis item histrionicas saltationes, comedias, spectacula, fascinationes coercere nisi Censura potest? neque enim pestis in Republ. capitalior ulla esse potest, quoque ad corrumpendos Civium mores vim maiorem habere videatur, proprie imitationem vocis, vultus, gestus, orationis, actur pessimarum actionum perniciem, que sensim illapsa civium mentibus, rotas civitates everrit. Certe quidem non tantum molles ac teneros puerorum animos labefaciat, sed etiam castio-

rum

DISSERTATIO DE JUDICIO

rum quoque faminarum pudicitiam pertentat, ut eorum non modo scurriles ineptias, sed etiam libidines imitari studeant, quorum avidissime spectacula contudentur. Denique theatra definire possumus turpitudinis vitiorumque omnium sententiam ac scholam &c. Neque vero sperandum est, ut ea spectacula comicorum ac sortilegorum hominum, quorum alteri oculis, alteri mentibus ipsis facinum & recordiam injiciunt Magistratus, qui in iis totos dies desiderare conserverunt, prohibeant: sed gravissimis ac severissimis Censoribus opus est.

Similis Ieus Joh. a Chokier. §. VII. Similia habet Johannes Chokier Thesaur. Pol. lib. 5. c. 19. Quemadmodum illa medicina magis probanda, quae valetudinem integrum conservat, quam quæ affectam, ac viriatam restituit: ita leges illæ longe præstantiores, quæ mores continent, quam quæ corruptos ad sanitatem publicam animadversione certant revocare. Qyoniam igitur boni mores plerumque corrumpuntur, luxu nimium invalescente, vel dominante, providi Principis erit, in tempore per Censores providere, ne subditæ temperantiae metas excedant, sua profundendo: quod quibus in rebus accidat, quicunque medeatur Princeps, ipso hoc capite ostendemus. &c. Censores itaque, ac Magistros moribus præficiet: quibus imprimis cura si circa convivia; ne luxus scilicet mensæ profusæ sumtibus exerceantur. Qvod commodum faciet reductis, aut nove constitutis legibus: tum privatorum Mensis, tum popinis, atque commissationibus modum præscribet. &c. Secundo arcebít etiam a vestibus superfluitatem, & impensam gravem; maxime si conditio Reipubl. eam non patiatur. &c. Tertio, libidinem a Juventute prohibebit, &c. Postremo, otium, malorum omnium segetem e Republica tollet. &c.

Judicium coercitum criminale leges præsupponit, quia crima coercet, & decet non crimina, sed vicia, scelerata & flagitia. §. VIII. Contrahamus iam dicta in suminam. Judicium civile examinat ea, de quibus leges actiones concederunt in Republica. At judicia morum animadvertisunt ac notant ea, quæ legibus definiri nequeunt, ea, de quibus actio non datur, quæ

SEU CENSURA MORUM CAP. I.

9

qvæ probari sufficienter non possunt, hoc est non crimina quidem, sed vitia tamen, scelera & flagitia, etiamsi non sint publica, sed clandestina, cujuscunq; scilicet mores domesticos.

§. IX. Atque utinam, qui judicia morum ita commentantur, semper recordati fuissent, qua de re tractare sibi propo-
tetur, qui Leges de correctione morum cum officio Censorum contundunt.
dant, neque adeo assidue misericorditer quadrata rotundis. Igitur ne & nos in illud vitium impingamus cautius procedendum est. Si adjudicium morum pertinent actiones, nor-
solum, quæ lege notatae non sunt, (nam si hoc saltem foret, of-
ficium Censorum non diffiret a judiciis criminum extraordinariorum) sed &, qvæ lege notari non possunt, erat sane a loco, ubi Censorum officium commendatur plane alienum, im-
miscere commendationem Legum sumtuariarum contra luxum conviviorum, vestium, item legum contra libidinem &
otium. At talia multa immiscent tractationi suæ de officio censorum Besoldus & Bodinus *ad. II.* omnium vero maxime Chokier *in exemplis add. I.* Et jam in ipsis excerptis ejusdem §. 7. traditis illa confusio transparet, ubi jubet Principem censors constitutere ad coercendum luxum mensarum, simul vero novas ea de re leges promulgare, nec observavit, qvam male cohæreat hæc doctrina, cum monito, qvod circa finem capit is dat: Censors debere emendare mores *sigillatim* aut *paullatim*, quod ad leges plane non quadrat, qvæ effe-
ctum suum in universum & uno tempore, non *sigillatim* aut *paullatim* exercere debent. Qvamprimum itaque lege mores notantur, ab officio Censorum eximuntur, qvia tum si contra legem peccatur non amplius vitium, sed crimen aut delictum est.

§. X. Non expectabit itaque lector, ut examinemus Etsi rejecta questionem de coercitione morum pravorum per leges, Censorum utilitate facile qvia ad rem præsentem non pertinet, sed meretur peculia- rem discursum de officio Magistratus Politici circa tollenda commenda-scerala, quem haud dubie viva voce minimum expediet, *etiam cadat* Dominus Praeses, in collegio privato, qvod modo in pecu-gum, liari

B

DISSERTATIO DE JUDICIO

liari Programmate promisit, de prudentia legislatoria, & de qvo capite etiam separatim tractavit Besoldus *d. libr. 6. disser. 2. cap. 9. cuius inscriptio est de legibus spectantibus ad disciplinam.* Interim suo modo affinis est haec quæstio tractationi præsenti, non ab ea plane aliena. Si enim suo loco ostenderimus, Censuræ officium cum recta ratione & utilitate publica non convenire, vel ideo, qvod Censores coercere debeant actiones non solum lege non notatas, sed qvæ etiam lege notari non possunt aut debent, vitiosa tamen sunt, multo magis ad Principis officium non pertinet, ea legibus prohibere, (proprie dictis scilicet & penalibus) cum contradic̄tio evidens sit, ea qvæ legibus notari non debent, debere legibus notari. Cum autem & sacræ litteræ & recta ratio, & doctrina civilis doceat, multas hominum actiones vitiosas esse, qvæ Princeps, pius etiam, et si non permittere seu approbare, tolerare tamen, id est penitus non coercere teneatur, nihil aliud agunt, qvi omnium vitiorum & actionum non honestarum coercitionem per leges inculcant, svadent, defendunt, quam qvod demonstrent, se & doctrina civili non esse imbutos, & dictamen rectæ rationis non sequi, & scripturam sacram non intelligere, sed seqvi falso glossis hominum parum prudentum, et si plebejæ gloriæ aurula tumidorum. Sed de his plura hic non dicentur.

Qvæ tamen omnes Executio ve- §. XI. Non tamen nos illi sumus, qvi omnes adver-
sus vitia leges novas damnare aut imprudentiæ accusare ve-
rejiciuntur. Pertinet utique res ad Principis prudentiam,
ro istarum le cum omnes omnium virtutum neglectus possint pro diver-
gum non sitate circumstantiarum damnum Reipublica afferre, ut
constitueret ju- actionem haec tenus lege non notatam, vel qvæ etiam com-
dicium cri- mode apud omnes populos lege notari non potest, pro utili-
tate tamen suæ Reip prohibeat, ut si v. g. Princeps per-
juria, blasphemias, scortationes, luxum, oria &c. & qvæ-
dem regulis prudentiæ hic ubique observatis (neqve solum
ad

ad piam aliquam intentionem absqve prudentia provocans) legibus pœnalibus interdicat. Ut enim Prudentia absqve pietate, stulta impietas, & maxima stultitia, etiam stylo scripture est, ita pietas absque prudentia imprudens est & hypocritica supersticio. Qvodsi vero tales novas leges promulgentur, atqve etiam Magistratus vel judices (etiam peculiares) creentur, qvibus cura exeqvendarum illarum legum imponitur, poterit qvidem intuitu originis eorum officium appellari Judicium de moribus, neqvaquam tamen erit judicium de moribus anobis definitum, qvia mores illi ante legem simpliciter vitiosi, post legem etiam criminum naturam sortiuntur: & ita illud judicium de moribus erit revera genus judicij criminalis, saltem extraordinarii.

§. XII. Qvia vero partim ignorantia genuinorum Licebit ea.
principiorum doctrine civilis & antiquitatum historicarum, men & de ra-
partim intelix studium, ex mille autoribus absque judicio libus morum
confarcinandi locos communes, partim inepta imitatio per- judiciis qvæ-
egrinorum morum etiam in Germaniam & alias Europæ dam admo-
regiones introduxit talia morum judicia, hodienum du- nere.
rantia, qvæ subinde sub specie emendandorum vitorum
valde commendari solent, licebit circa finem dissertationis
qvædam de illis etiam admōnere, sed ea saltem, qvæ ex di-
cendis de judicio morum proprie dicto ad eadem applicari
poterunt.

§. XIII. Diximus, ad judicium de moribus pertinere Plura de mo-
vitia non crimina. Hinc & in hac materia mores ac criminibus qvæ-
opponi solent. Autor ad Herennium, Rhetor. lib. 2. Si nus criminis-
bus oppo-
nil, inquit, eorum fieri poterit, utatur extrema defensione, nuntur, item
de flagitiis,
dicat, non se de moribus ejus apud Censores, sed de criminib-
us adversariorum apud judices dicere. Diximus etiam, huc
pertinere sceleræ & flagitia, ut qvæ & ipsæ voces plerumqve
criminibus & delictis a lege notatis opponi solent, certe
posterior. De sceleris voce evolvantur Lexicographi. Quod
flagitium attinet, eleganter Augustinus libro 2. de doctrina

DISSERTATIO DE JUDICIO

Christiana cap. 10. Qvod agit indomita cupiditas ad corrum-pendum animum & corpus suum, *Flagitium* vocatur: qvod autem agit, ut alteri noceat, *Facinus* dicitur. Et hæc sunt duo genera omnium peccatorum, sed flagitia priora sunt. Qvæ cum exinaniverint animum, & ad qvandam egestatem perduxerint, in facinora profluitur, qvibus removeantur impedimenta flagitorum, aut adjumenta qværantur. Pertinet etiam huc ex Tacito de Moribus Germanorum locus, *Distinctio pauperum ex delicto, proditores & transfugas arboribus suspendunt, ignavos, & imbelles & corpore infames, cano ac palude, injecta in super cratæ, mergunt.* Diversitas suppli-cii illuc respicit, tanquam sceleris ostendi oporteat dum puniuntur, flagitia abscondi. In quo uti Lipsius non sine probabili ratione pro corpore infames legit torpore infames, (nisi forte per infames corpore Tacitus non homines molles & impudicos, sed monstra figura corporis infami intellexerit,) ita *flagitiu-m* dixit, qvod paulo ante sub *delicti* nomine comprehenderat. Nimirum uti perpetuo Tacitus mores Romanorum & Germanorum comparat, ita illa, de quibus hic loquitur, delicta erant apud Germanos, qvi ea puniebant, flagitia apud Romanos, apud qvos absque poena legis talia committen-tes pro vilibus qvidem & ignominiosis habeantur, sed absqve poena.

Pertinent ad §. XIV. Coercere igitur debent judicia morum, ea quæ legibus qvidem licent, adeoque non *injusta* sunt, sed quæ tamen non sunt *honesta*. Non enim omne, qvod licet honestum est. Igitur cum leges de justitia soleant disponere de iis negotiis, quæ pacem externam turbant, ut nemo lædatur & suum cuique tribuatur, multa autem præterea sint, quæ ad vitæ honestatem pertineant, quæ etiam citra turbationem pacis publicæ violari poterit, de his dispicere pertinebit ad judicium morum & officium censuræ. Faciunt hoc verba Besoldi in *discursu Germanico annexo Operi Polit. d. lib. 6. dissert. 3. cap. 4. p. 164.* Es wollen die Juristen, indem

indem sie ihre Professionem; rerum Divinarum atque humana-
rum notitiam, justi atque injusti scientiam definiren,
dafür angesehen seyn, als wenn sie das Krumme gerad, und
dero Fürgeben nach mit ihrer Kunst so viel zuwege bringen
könten, daß ehrlich gelebt, niemand vernachtheilet, und iedem, was
ihme gehörig, zugestellet würde. Es ist aber hingegen, meines
Erachtens, mehr dann offenbar; daß unangesehen, vermittelst
wohl angefesselter Gerichten, der, so sich beschädiget oder vervo-
theilt befindet, wiederum erholen, und dasjenige, so ihm gebühret,
bekommen mag: Doch besagte Gerichte, jureve civili prodire
actiones und Proces, ein ehrlich untadelich Leben zu erhalten
oder begehen, so wenig gnugsam, daß auch nicht alles, so son-
sten in Rechten zugelassen, vor erbar und ruhmlich gehalten
wird. Darum dann die Römer, als welche solches zeitlich ver-
spüret und gemerkt, ihren Centoribus, neben andern vorneh-
men Verrichtungen, auch insonderheit der guten Sitten, wahr-
zunehmen, afferlegt. Und weil über das alle, so wohl publica
als privata delicta, durch andere Magistratus gerechtfertiget
würden: haben besagte Censores, fürnehmlich deren Laster, so
durch sonderbare Gesetz nicht verbothen, doch an ihm selbsten
ungebührlich, und dem gemeinen Wohlstand nachtheilig,
auf das fleißigste erforschet: und nicht allein die allbereit eingewur-
zelte Untugenden, gleichsam mit Untergrabung und Bescha-
bung dero Wurzeln ausgerottet; Sondern auch, so zu reden,
allen Saamen, vermittelst dessen andere und neue mit der Zeit
aufwachsen mögten, vertilget. Wie dann hiemit vielfältig und
augenscheinlich geschafteten Nutzens, ihrem Amt ein solches Anse-
hen gemacht, daß selbiges eine Meisterin des Friedens, eine Ursach
aller Zucht und Mäßigkeit genennet, und gänzlich dafür gehal-
ten worden, daß die Censores mit ihrem supercilio oder stren-
gem Aufsehen eben so viel Nutzen, als alle Mann- und Tapfer-
heit, so jemahln von den Römern im Krieg begangen worden,
geschaffet. Und wie durch diese viel gewonnen: also jenes, daß
man selbiges lange erhalten können, verursacht habe.

DISSERTATIO DE JUDICIO

Id est, non §. XV. Sed quid honestum hic denotet, qvatenus, injusta, sed ut diversum quid a justo supponitur, in qvæstione est. So-indecora. let enim & honestatis vox variis modis in philosophia mo-Locus Cice- ronis de ho- rali accipi. Modo enim idem, qvod justum est, significat, necto & de modo a justo secernitur. Posteriori modo idem est cum coro.

decoro. Cicero de officiis libr. 1. pag. m. 173. seq. edit. Rachel. Sequitur, ut de illa reliqua parte honestatis dicendum sit, in qua verecundia, & quasi quidam ornatus vita, temperantia, & modestia, omnisque sedatio perturbationum animi, & rerum modus cernitur. Hoc loco continetur id, qvod dici latine decorum potest: Græce enim περὶ τῆς δικαιοσύνης dicitur. Hujus vis est ea, ut ab honesto non queat separari. Nam &, qvod decet, honestum est: & qvod honestum est, decet. Qualis autem differentia sit honesti, & decori, facilius intelligi, quam explanari potest. Quidquid enim est, qvod deceat, id tum apparet, cum antegressa est honestas. Itaque non solum in hac parte honestatis, de qua hoc loco differendum est, sed etiam in tribus superioribus, quid deceat, apparet. Nam & ratione uti, atque oratione prudenter; & agere, qvod agat considerate; omnique in re, quid sit veri, videre, & tueri decet: contraque falli, errare, labi decipi tam dedecet, quam delirare, & mente captum esse. Et iusta omnia decora sunt: injusta omnia contra, ut turpia, sic indecora. Similis est ratio fortitudinis. Qvod enim viriliter, animoque magno fit, id dignum viro & decorum videtur: qvod contra, id, ut turpe, sic indecorum. Quare pertinet quidem ad omnem honestatem hoc, qvod dico, decorum: & ita pertinet, ut non recondita quadam ratione cernatur, sed sit in promptu. Est enim quiddam, idque intelligitur in omni virtute, qvod deceat: qvod cogitatione magis a virtute potest, quam re separari. Ut enim venustas & pulchritudo corporis secerni non potest a valeridine: sic hoc, de quo loquimur, decorum, totum quidem illud est cum virtute confusum, sed mente & cogitatione distinguitur. Est autem ejus descriptio duplex. Nam & generale qvod-dam

dam decorum intelligimus, qvod in omni honestate versatur; & aliud huic subiectum, qvod pertinet ad singulas partes honestatis. Atqui illud superius sic fere definire solet: decorum id esse, qvod consentaneum sit hominis excellentiae in eo, in quo natura ejus a reliquis animalibus differat. Quæ autem pars subjecta generi est, eam sic definunt, ut id decorum esse velint, qvod ita naturæ consentaneum sit, ut in eo moderatio, & temperantia appearat cum specie quadam liberali.

§. XVI. Valde vero & in descriptione & in divisione declaratur decori, ut videt, fluctuat Cicero. Res ita se habet. Qvatuor virtutes Cardinales esse docebant plerique Philosophorum, excepto Aristotele: Prudentiam, Fortitudinem, Temperantiam, Justitiam. Hanc divisionem virtutum etiam philosophia Hebreorum convenire patet ex libro Sapientiae cap. 8. vers. 7. Ergo id videtur velle Cicero. Honestum & decorum vel late accipi, ut insit omnibus quatuor virtutibus, vel stricte & magis proprie prout corresponeat temperantiae seu moderationi affectuum & verecundiae. Inservit ea in re sectæ Stoicorum Cicero, de quibus uti notum est, qvod a Cynicis Autor eorum Zeno propter decorum se separaverit, ita simul ex historia philosophica constat, qvod in regulis prudentiae, justitiae & fortitudinis non secesserint a dogmatibus Cynicorum Stoici, sed in regulis verecundiae, (quam hic ad temperantiam refert Cicero,) cum Cynici maxime invereundi fuerint. Quemadmodum autem plane hospites essemus in Philosophia Stoicorum, si in hac parte Cynicos, (quibus hodienum Quakerorum Secta affinis est) defendere, & Stoicos ob hanc decori introductionem ambitionis vel arrogantiae incusare vellemus; ita tamen iam nostri instituti non est disqvirere, utrum decori naturam hac parte exacte explicuerit Cicero, sed præstabit id Dominus Praeses suo tempore in lectionibus publicis de jure decori. Id tantum notamus, omisisse Ciceronem medium

DISSERTATIO DE JUDICIO

dium decori significatum, cum stylo fere communi scriptorum justum & decorum, ut distincta proponi soleant. Tum enim decorum denotabit omne, quod virtuosum est in actionibus quatenus homo non refertur ad officia aliis hominibus debita, sive ex actiones pertineant ad temperantiam, sive etiam ad fortitudinem & prudentiam.

Virtuosus, honestus, decorus, quomodo differant. §. XVII. Et quoniam in ipsa quatuor virtutum cardinalium explicazione non conveniebant Stoici, Epicurei, Platonici, alioque, quod fusius olim ostendere incepit B. Jacob. Thomasius *pecul. dissert. duabus de quatuor virtutibus Cardinalibus*, tentabimus, an rem ipsam secundum doctrinam Domini Præsidis in Part. 2. Ethic. magis perspicue possimus dicendum.

Et quoniam in ipsa quatuor virtutum cardinalium nominibus tanquam ambiguis. Unica est virtus ex Amore rationali proveniens, tria autem sunt virtus cardinalia, voluptas, ambitio, avaritia, quæ singula varias virtutum secundiorum species sub se continent. Qui virtutis istis omnibus, quatenus animo hærent, caret, (carere vero nemo potest, nisi Sancto Dei Spiritu per fidem insigniter moveatur,) *virtuosus* est. Quatenus autem interni animi motus actionibus exterioribus in sensu incurrentibus se exerunt, vel istis actionibus vitiis jus aliorum hominum leditur & ita pax externa humani generis turbatur, homo *injustus* dicitur ein unehlicher Mann, puta si v. g. per voluptatem torus alienus violetur, per ambitionem alter contumelia afficiatur, per avaritiam furta committantur aut fides data violetur. Et qui talibus actionibus abstinet, abstrahendo a legibus omnibus positivis, (quæ quandoque etiam in honestatæ virtutem coercent per dicta §. II.) dicitur homo *justus* ein ehlicher Mann. Quatenus autem actionibus illis externis vitiis jus aliorum non leditur, sed sola impotentia animi declaratur, is homo *inhonestus* vocatur ein unverbahrer Mann,

ac vice versa, qvi a talibus actionibus abstinet *honestus* appellatur ein chrbarer Mann. Ita qvoad avaritiam, qvi cupiditatem pecuniae supprimit & liberaliter vivit, honestus est, qvi fordide, dishonestus. Qvoad ambitionem, qvi iracundiam retinet, ne in actiones exteriores erumpat, sed cum inimicis placide versatur, honestus est, qvi præ ira fuerit, etiamsi alterum non lœdat, dishonestus. Denique qvoad voluptatem, qvi scortatur, etiam ubi scortatio legibus poenalibus non coeretur, dishonestus est, qvi in actionibus exterioribus caste vivit, honestus dicitur. Jam cum honeste & *decoro* vivere utrumque idiomate nostro Germanico per terminum der Erbarket & erbare Sitten soleat efferi, & vero inter omnia vita voluptas ab omnibus statuum hominibus habeatur pro virtio maxime indecente & dishonesto, inde honestatis ac *decori*, & pariter dishonesti ac *indecori* duplex potissimum est acceptio, una *latior*, qvæ modo est indicata, altera *strictior* & *eminens*, qvatenuis indecorum sumitur pro actionibus exterioribus alios qvidem non lœdentiibus, sed magnum *voluptatis* affectum indicantibus. Reliqvæ enim actiones indecoræ ambitionis & avaritiae communiter ab hominibus virtutum conficto nomine, v.g. Zeli divini, justæ indignationis, honestæ æmulationis, sobrietatis, parsimonie &c. palliari solent, qvæ fictio in actibus voluptatis non ita usu recepta est.

§. XVIII. Fuerunt hæc premittenda, ut cognoscamus, Ad judicium quænam actiones indecoræ ad judicium morum ex mente eorum, qvi id commendant, pertineant. Probemus autem primo, qvod actiones non injustæ sed indecoræ censurae morum subjiciantur. Ita diserte Livius libr. 4. *Hic annus Censuræ initium fuit, rei a parva origine orte, qvæ deinde tanto incremento aucta est, ut morum disciplineq; Romane penes eam regimen Senatus Equitumq; centuriæ decoris dedecrisque discriminem sub dictione ejus Magistratus, publicorum pri-*

privatorumque locorum vestigalia populi Romani sub nutu atque arbitrio essent. Vides, quod id, quod modo morum disciplinam vocaverat, statim explicit per discrimen decoris dedecorisque. Non dicit, Censores decorum docuisse, aut Magistros quasi ceremoniarum fuisse, sed posuisse saltem discrimen decoris dedecorisque quatenus nempe actiones legem non prohibitas notis suis & animadversionibus pro indecoris declarabant.

Maxime vero
indecoras in
stricta signifi-
catione ex
voluptate or-
tas.

§. XIX. Cæterum caput seqvens docebit, notis Censoriis fuisse animadversum quam maxime in actiones, indecentis voluptatis indices, seu in indecoras stricta acceptatione, puta in luxum, ignaviam, petulantiam, libidinem &c. et si aliquando, quamvis rarissime & irregulariter, actiones indecoræ ex ambitione aut avaritia ortæ, fuerint notatae. Pari ratione procedunt fere unanimiter scriptores judicium morum commendantes. Videbis enim in locis supra §. 5. 6. 7. descriptis inculcari, quod officia morum debeant institui ad temperanda convivia, & commissiones, ad coercendum luxum vestium, ad refrenandam libidinem, ad tollendum otium, ad abrogandas comedias & saltationes. Et meretur adeo illa censura Venerorum tamquam plane irregularis aequaliter ad nostrum scopum non pertinens notari, cuius mentionem facit Besoldus d. l. p. 155. Vor unlängst verflossenen Jahren, und benanntlich in Anno 1566. haben die Benediger auch Censores, so sie, Signori sopra il ben vivere de la citta, nennen, zu verordnen angefangen, darzu ihnen dann fürnehmlich etlicher heimlich eingeführter Verstand, die um Geiz willen ihre Stimme diesem oder jenem zu kaufen frey stelleten, Ursach und Anleitung gegeben. Welche Unordnung und Verkauffung der Magistrat Aempter solcher massen überhand genommen hatte, daß auch ihrer etliche darfür gehalten, selbige Respublica werde ungewischt kürzlich zergehen, und zu einer Tyranny werden. Seithero aber die Cen-

SEU CENSURA MORUM CAP. I.

19

Censores, welche alle böse einreissende Gewohnheiten, besonders dadurch der Ehr-Geiz zunimmt abzustellen Macht haben, aufkommen, ist alles in eine bessere Richtigkeit gebracht, und vielerhand Unrat, wie auch unter andern der Gebrauch denjenigen, so Clemter erlanget, zu gratuliren, abgeschafft worden. Docet enim hic Besoldus, ac si Censores Veneti instituti sint ob coercendam ambitionem & avaritiam. Qvamvis adhuc de veritate rei sit ulterius disquirendum. Nam Bodinus, qvem tamen in margine citat Besoldus, solius voluptatis mentionem facit: *d.l.6.c.1. de Rep. p. m. 973.* *Veneti tres Magistratus cum Censoria potestate creaverunt, quos ipsi Tresviro confirmandis civium moribus appellant, Seignori sopra il ben vivere de la cito: quia Censorum nomen liberæ civitati ac omni genere voluptatum diffluentii nimis grave ac severum videbatur.*

S. XX. Illustrantur hactenus dicta, qvod actiones hominum non iustæ, sed indecoræ notata fuerint a Censoribus ex effectu. Ignominia affiebat nota Censoris notatum, de cuius ab infamia differentia uti plura dicemus *cap. seq.* ita ignominiam hanc nihil aliud esse, qvam pudor. Itaque qvia omnis ea notatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est. Rubor enim pudoris signum est secundum vulgatum Poëtae dictum: *Erubuit, salvares est.* Pudor autem ex conscientia facti indecori oritur. Quod autem Nonius ex h.l. Ciceronis infert, ignominiam dici quasi nominis notam, ut refert Tiraqvillus in notis ad Alex. ab Alex. dies geniales libr. 3. c. 13. p. m. 716. in eo videtur mentem Ciceronis non rite percepisse Grammaticus, & ejus verba sic intellexisse, quasi Censorum judicatio versetur saltem in nomine notari atque ideo sit ignominia quasi nominis nota. Cum vero nusquam

C 2

qvam



DISSERTATIO DE JUDICIO

quam legatur, qvod Censura nomen ejus, cuius mores notati erant, afficerit, et si censores nomen ejus soliti fuerint cum nota certo libro inscribere, aut ejus nomini notam apponere, ac præterea ignominia hæc censoria majores utique effectus post se traheret, quam ut nominis notatio tantum dici potuisset, videtur Cicero potius in istis verbis respxisse ad comparationem Censuræ cum re iudicata, de qua ex eius oratione pro Cluentio iam supra loca quædam attulimus & plura afferemus cap. sequenti ut sensus sit: *Censoris judicium nihil aliud ferre dannato nisi ruborem, seu notam dedecoris, non iniustitiae.* Itaque ut omnis ea iudicatio Cenforum versatur tantummodo in nomine iudicij, revera autem iudicium non est, nec vires rei iudicata habet, *animadversio etiam illa ignominia tantum est, non infamia, quæ damnatos saltem sequitur in iudicio proprio dicto.* Unde cadit ista etymologia ignominiae, quam dedit Nonius, qui & insuper debebat considerasse, qvod Cicero hic nolit ostendere, unde ignominia dicatur, alias enim dixisset, ignominia dicitur vel quid simile. Nunc autem dicit ignominia est.

Ad judicium
morum non
pertinet cen-
sura Ecclesi-
astica, qua si
persolam in-
crepationem, sifit,

§. XXI. Quemadmodum igitur animadversio Censurorum effectu suo non fuit destituta, sed, ut capite sequenti recensebimus, magnum dedecus, effectus civiles eriam post se trahens, attulit notato, ita constat, qvod sermo nobis non sit de censura morum, quæ in sola morepatione con-

MSVp

lillum gravem timorem in notato exciter, sed potius apta sit loco timoris aut emendationis eius iram commovere, & ad vitam flagitosam sepe magis irritare, si videlicet increpatio fuerit intempestiva. Igitur huic non pertinet Censura Ecclesiastica, quæ pro concione fit, de qua Besold. d. l. p. 162. *Hodie quidem locorum quorundam usu, relictum est hoc munus Ecclesiastice Censuræ, & Senioribus Ecclesiæ permisum (nam & apud veteres ad Episcopos pertinebat. Filefac. tract. de Episcop. auct.)*

SEU CENSURA MORUM. CAP. I.

21

auct.) ut si quos male vivere perspiciant, admoneant & judicent. Sed cum publice Censurie nota & correptione desituantur, parum inanibus efficitur reprobationibus. Sub Regibus populi Dei, Prophetis jus Censura demandatum fuisse, videtur: ut exemplo Samuelis, Esiae, Jeremie, & aliorum appareat. Philipp. Hænon. disput. polit. 6. thes. 3. a. Apud Catholicos adhucdum confessio est instar Censuræ. Ac de censura ecclesiastica vid. Baron. A. C. 57. num. 5. &c. Reinkingk. 3. class. cap. 2. Idem Besoldus pag. 166. Ungeachtet auch unsre Pastoren und Prediger ingemein ihre Zuhörer zu allem Guten ermahnen, vom Bösen abschrecken, und also rechte Censores seyn solten, weiß man doch leider mehr denn genug, daß solche, nachdem die etwan gebräuchliche Excommunication und Ausschließung von der Gemein einig und allein dem Pabst zu Rom mit etwas Uingelegenheit heimgestellt, und von denen, so dessen Toch, wie sie sprechen, abgeworfen, mehrentheils, ja ganz unterlassen wird, mit ihrem Rüffen und Schreyen weniger aussrichten, als sonst vielleicht geschehen mögte, wenn für nemlich hierzu allein selbige erkljet und berufen würden, die ihr Ansehen mit Verstand und unsträflichem Leben was besser zu tuieren wüssten. Über das ferner besagte Pastoren ingemein die Laster schelten, doch keinen, der damit behaft, in specie nennen, vielweniger deine, so ihrem gutherzigen Vermahnyn zuwider, und andern zum Abergern lebt, mit der That straffen dürften, also bey denen, so allein bürgerlich oder Politice fromm, nichts Fürnehmes verschaffen können, sondern ihre Predigt allein in den aussergewählten frommen Herzen Frucht bringet. Pertinet etiam hoc non imprudens illa adulatio, qva Constantinus Magnus Episcoporum invidiam vel moderabatur vel eludebat, de qva Bodinus d. libr. 6. cap. 1. pag. m. 993. Nec minus laudata est Constantini Magni sententia, qvi accusatorios libellos a Presbyteris & Episcopis & i psos invicem accusantibus propositos, concerpi ac lacerari mandavit, cum diceret, iniquum videri, ut qvi omnium civium mores ac fa-

C 3

mam

DISSERTATIO DE JUDICIO

mam judicarent, *aliorum ipsi sententiis ac judiciis caderent.*
 Etenim tum temporis Censura morum Ecclesiastica videtur
 intra terminos nudæ increpationis substituisse cum nondum
 introductum esset in Ecclesiam bannum Ecclesiasticum seu
 excommunicatio.

Ex eadem ratione **huc non pertinet** §. XXII. Eadem est ratio, cur cum judicio morum non confundi debeat censura Philosophorum, aut etiam censura Philosopherum, veterum Comicorum, cum neutra excedat terminos increpationis. De utraque sic Besoldus d. p. 162. Erant & quasi & Comediae censore Philosophi prisci. Bert. Orat. de dignit. Et hic fol. veteris.

31. *Censura erat etiam Comedia vetus.* Horat. lib. 1. Satyr. 4. cui nova Satyra succedit, unde Juvenal.

Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,

nostri est farrago libelli.

An vero Satyram scribere injuria sit, disquirit Arithmeus, disput. de Poëtica. it. Arod. f. 465. Et cavendum est, ne satyra degeneret in libellum famosum, vel ut nunc vocamus, Pasquillum. Ut libertas dignissima favore; ira livor & calunniandi animus, Deo & legibus sunt invisa. Sed placent hanc in rem „verba Magni Erasmi in enchirid. Milit. Christ. can. 6. m. k. 4. „Verum heus tu, quemadmodum te volo fortiter a vulgo „dissentire, ita nolo Cynicum quiddam referentem, pasim „aliorum sententiis aut factis oblatrare, superciliosè damnare, odiose obstrepere omnibus, rabiose declamitare in „vitam cuiuslibet, ne duo simul mala concilcas: alterum, „vt in omnium odium abeas; alterum, ut invitus, neque- „as qvidem ulli prodesse. Esto & tu omnibus omnia, ut „omnes Christo lucrifacias, quoad licet, non offensa pie- „tate. Foris omnibus temet accommoda, ut intus qui- „dem immotum sedeat propositum; foris autem comitas, „affabilitas, facilitas, commoditas alliciat fratrem; quem „blande convenit invitari ad Christum, non asperitate de- „terreri. Denique, quod sentis, non tam sevis intonan- „dum

„dum verbis, quam moribus exprimendum. Neque rur-
sus sic indulgendum infirmitati vulgi, ut veritatem in lo-
co fortiter tueri non audeas. Humanitate emendandi
sunt homines, non decipiendi. Iterum Besoldus p. 167.
die alten Griechen haben vor Zeiten fast eben dieses mit ih-
rem Comedien ausgerichtet, indem sie die allerstattlichsten,
so im geringsten was unehrbars begangen, einem ieden in öffentlichen Spielen, und bey denen sich der mehrentheils Volcks
gewöhnlich befunden, mit ausgedruckter Benennung der Na-
men aufs schändlichste zu traduiren und zu verhönen, ja eine
eigene Comœdie von ihnen zu agiren und zu halten freyge-
stellt. Welcher Gebruch folgends vom Lucilio nach Rom
gebracht, und in eine Satyrische Freyheit, jedermann ohne
Scheu einiger Gefahr, die Wahrheit in Schimpf zu sagen,
nicht ohne sondern Nutzen ist verändert worden.

*... cum est Lucilius ausus
Primus in hunc operis compонere carmina morem,
Detrahere & pellem, nitidus qua qvisque per ora
Cederet, introrsum turpis*

*atqui
Primores populi arripuit, populumque tributum
Scilicet uni æquus virtuti, atque ejus amicis.*

Welches unsern zarten Ohren dieser Zeit in Bedenkung, selbige ist schier nichts dann aufgemüht und prächtige Titul
vulden mögen, sehr fremd vorkäme. Dann seithero die
Homerische Götter Momum, weil er selbiger furchtweiligen
Seligkeit mit seinem tadeln und unhöflicher Freyheit wies-
derstrebet, vom Himmel gestürzt, hat dieser bey wenig Men-
schen, zu geschweigen an Fürstlichen Hößen, in welchen die
Schmeichely noch jederzeit den Vortanz behält, statt oder
Herberge finden mögen.

§. XXIII. Utí vero fateor me non intelligere, quo Ludi Hastamodo Philosophi prisci quasi censores esse dicantur vel Be- rum imperti- fol- nenter in hac

DISSERTATIO DE JUDICIO

questione adducta Abstrahimus quod ead. pag. 162. adducit idem Besoldus. Olim censuræ loco erant, Hastarum ludi & equestrium certaminum spectacula speciali, de (die Turnier) quæ ideo, ut revocentur, soadet Kirchner Orat. moralitate singularum actionum, quæ censori, & actiones theatrales esse actiones indecoras & turpes, ac bus dicuntur propterea a morum censoribus extirpandas e Republica, esse subjicienda.

soldo, vel autori quem citat; ita pariter non concoquvo, quod ead. pag. 162. adducit idem Besoldus. Id tamen obiter noto, cum super ex Bodino adductum sit comedias 25. & seq. adde Visherum tr. de Duell. fol. 432. Id tamen obiter noto, cum super ex Bodino adductum sit comedias & actiones theatrales esse actiones indecoras & turpes, acbus dicuntur propterea a morum censoribus extirpandas e Republica, contra vero Besoldus in loco modo descripto Comœdiam veterem loco censuræ olim fuisse dicat & ejus usum tacite commendet, certe non valde improbat, inde se offerret quidem occasio tractandi questionem an omnes actiones, quæ pro turpibus & indecoris venditantur, ac censuræ Magistratum subjiciendæ esse dicuntur communiter, revera tales sint, e. g. Comœdiæ, saltationes &c. Sed quia tamen de objecto censuræ fuisus agere non suscepit, sed solum de moralitate aut utilitate vel etiam possibilitate ipsius Censuræ tractare mihi proposuerim, igitur ab ista questione hoc loco plane abstrahō, & suppono jam, aut concedo, illas actiones omnes, quæ Magistratum emendationi per Censores morum commendantur, esse revera turpes & indecoras, præprimis cum nimius abusus culibet ostendar. Comœdias nostras multum differre ab istis comediasi veterum, mores civium taxantibus.

Cur hic de §. XXIV. Neque obstant iis quæ de censura Ecclesiastica diximus. quod hæc utique successu temporis per excommunicationem aut alios etiam gradus inferiores discipline Ecclesiastice, etiam ignominiam eamque gravem inferat, & adeo in terminis nude increpationis aut correctionis verbalis non subsistat. Nam distingvendum utique est inter diversos modos corripiendi, etiam in Ecclesia receptos, estenim correctio illa vel verbalis vel realis. Prior tamquam a scopo nostro alienam modo rejecimus. Re-

Realem qvod attinet, posset qvidem ejus intuitu censura in Politicam & Ecclesiasticam & adeo etiam judicium morum in Politicum & Ecclesiasticum, tamquam genus in suas species dividi. Unde &, qvijudicia morum commandant, vel vtriusque introductionem & usum respiciunt, vel perinde sibi esse dicunt, utrum ex his judicij morum generibus in viridem praxin revocetur. Ita Bodinus *d. c. i. lib. 6. p. 995.* Alterutrum necesse est, aut Censores in Rep. bene constituta creari, aut Pontificibus censuram relinqui. Et itaque, qvamvis hæc Censura Ecclesiastica a scopo qvæstionis, qvam tractamus non sit aliena, malvimus tamen, ne dissertatio nimis crebat, & ab hoc judicio morum abstrahere, præprioris cum singulæ judiciorum talium species peculiares discursus mereantur. Ita qvippe fecunda est materia de censura Ecclesiastica, ut digna sit qvæ separatae meditacioni reservetur. Ergo sola Censura Politica præsentis discursus objectum erit, vel ideo, qvod hæc etiam antiquior sit, certe intuitu Reipublicæ Römanæ, qvam disciplina Ecclesiastica. Multa tamen hic fundamenta ponentur, illi, qui & de censura Ecclesiastica meditari qvid velit, non exiguum vsum præbitura.

§. XXV. Qvare ut hactenus dicta in summam eontrahamus, qværitur: *Utrum Reipublicæ, potissimum Christia-næ utile & proficuum sit, si Magistratus quispiam creature ea potentia instructus, ut actiones scivorum indecoras, maxime autem irritamenta turpium & flagitosarum voluptatum præbentes, lege tamen penali non notatas, pro luctu suo regulis processus communib[us] haud observato, sed ex sola conscientia, nota sua & censura determinet, ac notatos ignominia tali afficiat, qvæ effigium etiam civilem, et si effectui rei judicatae imparem, habeat?* Nos qvæstionem ita propositam negamus. Contra Politici scriptores, ac alii viri autoritate & dignitate prædicti, Theologi pariter & JCTi eam affirmant.

D

CAPUT

Status controversiae
proponitur;
An conductat
Reipublicæ,
creari Censo-
res Morum
Et qvæstio
negatur.

CAPUT II.

DE

CENSORIBUS ROMANIS
OBSERVATIONES HISTORICÆ.

§. I.

Cur de censoribus Romanis hic fuis agatur, & quidem initio historice?

Qvi judicia morum svadent, magis exemplis & flosculis oratoris pugnant qvam rationibus. In exemplis utramqve paginam facit Censura Romanorum. Qvamvis autem exempla nihil probent sed saltem illustrent; adeoqve videri possit, abstinentum esse a prolixiori Censuræ Romanæ examine, qvia tamen putamus, vel ex ipsa Historia Censuræ Romanæ nostram veriorem sententiam potius illustrari posse, age videamus, qualis qvantaqveres fuit Censura ista Romanorum, & primo si eandem qvoqd veritatem historicam spectemus, (nam & haec subinde damnum patitur ab iis, qvi de officiis Cenforum Romanorum scripserunt,) postea eo melius politicæ qvædam adnotaciones ex historia rite ordinata fieri poterunt.

Autores, qui fuius historiam Censorum Romanorum exponunt.

§. II. Non tamen expectabis plenam historiam de officio Cenforum, sed paucas saltem observations. Nimirus ex Cicerone, Livio, Valerio Maximo, Fenestella, Pomponio Læto, Aulo Gellio & aliis, rem plena manu jam tractarunt alii, qvorum nos referimus. Inter eos autem, qvos novimus, precipui sunt Alexander ab Alexandro in *Commentario ad titulum Pand. de Origine Juris*, & Petrus Aerodius in *Pandeclis rerum judicatarum*, ubi plurima de origine, progressu potestate & interitu hujus officii videri poterunt. Nos igitur saltem præcipua & qvæ scopo nostro inserviunt, aut qvæ non recte referri solent, paucis notabimus.

Potestas Cenforum Romanorum, ex

III. Potestatam Cenforum Romanorum in summa exhibet Alex. ab Alexandro lib.3. c.13. pag. m. 714 seq. *Hi ergo cen-*

SEU CENSURA MORUM. CAP. II. 27

censendi populi & lustri faciendi causa ab initio creati, eo pro- Alexandre cessere, ut maximarum minimarumque rerum, precipue circa ab Alexan- morum disciplinam, cognitionem, animadversionemque habe- rent. Nam de juramento cognoscere, & in perjuros animad- vertere, epularum sumptus cobibere, senatores legere & coopta- re, summotis indignissimis & honestissimis alleclis: principem senatus constitvere, immeritosque propter turpitudinem for- desque vite senatu vel tribu amovere, norisque & ignominius afficere, aut in Ceritum tabulas referre, etiam aedilem quae esto- remque, tum illos, qui agrum male colerent, aut incuriosè habe- rent, perditosque & profusos nepotes, parumque honestis mori- bus viventes, aut verbis incivilibus loquentes, ararios facere, censoriae potestatis erat. In quo id fuit observatum, ut motis e senatu notas ascriberent, & demerita notarent, qvod lege Cen- soria cavebatur, cuius verba ascripsi. Censores populi siboles familiasque censento, pecuniasque urbis, templa, vias, arari- um, vedigalia tuento, populiique partes in tribus distribuunto, & pecunias, & vitates ordines partiunto, eqvitum peditumque prolem distribuunto, cælibes esse prohibento, mores populi re- gundo, probrum in senatu ne relinquento, bini santo, Magistra- tus quinquennium habento, reliqui Magistratus annui sunt, eaque potestas semper esto. Referebant enim Censores in Ceri- tum tabulas illos, quos ignominie causa suffragiis privabant: qui quidem censores cives sic notabant, ut qui Senator esset, ob crimen ejiceretur senatu: qui eques, eqvum publicum vende- ret: qui vero plebejus, in Ceritum tabulas referretur. Obser- vatrumque, ut quem Censores Senatu amoverent, nota quoque & ignominia perstringerent: eaque, quæ ad publicam disciplinam pertinerent, lege edita statuerent. Denique eo dignationis ve- nere, ut omnium Magistratum principem locum tenerent, ad eamque nisi viri Consulares & maximis fundi honoribus, admitterentur nulli. Quin etiam vitam singulorum & mores inquirere, exceptisque Consulibus, Praefecto Urbis, Rege sacrorum & Vestalibus virginibus circa di-

DISSERTATIO DE JUDICIO

disciplinam morum in omnes Magistratus censere & animadvertere poterant.

Censorii magistratus alterius significationis. §. IV. Non confundendi igitur sunt tales Censores cum censoriis magistratibus qvorum usum commendant Boxhornius *Instit. Polit. I. i.c. 5. §. 2. p. 82.* Cuspiditur libertas legibus permissa, censoriis Magistratibus introductis, qui sunt *Magistratus in Magistratus constituti*, qui inquirunt rationes Magistratum, & si qvos legi libertatiqve adversari deprehenderint, ad eos qvorum interest, deferunt, sic, ut hoc pactioratio quasi gesti imperii a summis etiam Magistratibus exigatur: quod maxime a Cicero laudatur, qui rationem gesti imperii reddere, optimam rationem conservandi imperii dicit. Ad id ap. Lacedemonios accurate attendebatur, & omnes Magistratus ad rationem gesti imperii reddendam astringebantur. Apud Romanos etiam licebat, Tribunis plebis Consuli diem ad populum dicere, postquam imperio abiisset, ut imperii gestorationem redderet populo. Ex qvo satis patet differentia inter hos censure, & censure illos Romanos. *Addendum. Boxhorn. I. 1. cap. 8. pag. 145.*

Occasio, qva usi sint censure, potest statim de moribus censendis sibi vindicandi, §. V. Ut vero constat, Censure Romanos initio saltem creatos esse, ut lustri faciendi causa populum censerent, ita desidero qvod scriptores qui de potestate Cenorum ex professo agunt, augmenta potestatis eorum non distinctim recenseant, qvo tempore, qva occasione singula augmenta initium sumferint, id enim multum tribueret ad eo melius intelligendum, qvo pacto censura morum ad eos pervenerit, ut qvæ primo intuitu cum censura lustrali, vnde etiam Censure nomen acceperunt, non necessariam videtur habere connexionem. Igitur inquirimus, qva forte occasione id factum sit. Dum recenserent populum, singulorum nomina, statutes, divitias, statum, personas qvibus familia constabat, & reliqua ad istum censum lustralem pertinentia adnotabant, atqve sic mores singulorum cognoscebant, & amplam occasionem nanciebantur in eos inquirendi. Cum vero potestas senatores legen-

legendi & principem senatus constituendi ipsis data esset, videbantur etiam potestatem accepisse senatores ordine moverdi, hoc vero jure acquisito minores ordines non poterant ægredire, si & ipsi ordine moverentur, vel alia animadversione notarentur.

§. VI. Igitur potestas de moribus statuendi directo Qvo, pacto ipsis data non videtur, sed pedetentim ab iis quæsita, ac de electio senatorum astute invasa accepta potestate eligendi senatores & tributa, & principem senatus. Confirmabunt dicta, quæ differit Sextus quid inde effectum?
Festus de verb. signif p. 290. vers. 11. Præteriti, inquit, Senatores quondam in opprobrium non erant, quod ut Reges sibi legebant sublegebantque, quos in consilio publico haberent, ita post exactionis eos, consules quoque & Tribuni militum consulari potestate conjunctissimos sibi quosque patriciorum & deinde plebeiorum legebant, donec potestas Tribunicia intervenit, qua sanctum est, ut Censores ex omni ordine optimum quemque curiam in senatu legerent, quo factum est, ut qui præteriti essent & loco mori, haberentur ignominiosi.

§. VII. De Principe vero senatus multa congesit Tis. Præcepis se raqvellus in notis ad Alexandri locum descriptum p. 715. n. 4. natus non fuit nominis dignitatis quamvis non perpetuæ. Ego natus sed ordinis arbitror, sed credo, nihil aliud denotare, quam primum dinis, inter senatores. Confirmant me ea quæ leguntur apud Philipp. Carolum in notis ad Gellii lib. 4. c. 10. Antequam comitia habentur de novis Magistratibus designandis, Consul pro loco sententiam rogabat eum, qui a Censoribus primus in senatum electus erat, quemque Principem senatus vocabant. Ubi vero in comitiis Consules designati essent, bisce jux primæ sententiae competebat. Cicero Philipp. V. Qvi ordo, inquir, in sententiis rogandis servari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur Consule designato, more majorum, exordium capiamus Hæc ille. Post hunc rogabantur quoque Patres secundum prerogativam dignitatis, consularis ante prætorium, prætorius ante ædilirium, ædilitius ante tribunium,

DISSERTATIO DE JUDICIO

*nitiū, quemadmodum ex Sallustio patet. Quemque ordinem
rogandarum sententiārum consul. Calendis Januariis tenuisset,
eundem toro anno usurpabat.*

**Notabant censores a-
ctiones volu-
tuos & in-
temperantes.**

§. VIII. Quid porro ipsos mores attinet, quia Censo-ribus ignominia notabantur, vel ex loco Alexandri illo patet, solam fere voluptatem censura objectum fuisse. *Conf. exempla apud Eberl. de Orig. Jur. c. 15. p. 136. seq.* Inde & Cicero *libr. 1. de LL. in fine voluptatem vocat labem decoris.* Diserte de hac morum correctione *Plutarachus in Catone Majore f. m. 307.* Romani neque nuptias cuiusque, neque liberorum procreationem, neque vietus rationem, neque convivium examinis & iudicii immune, singulorumve hominum voluntati aut cupiditati liberum relinquebant: verum rati in domesticis hisce rebus certius, quam in publicis & omnium conspectui expositis actionibus uniuscujusque mores conspici, constituerunt duos viros, unum patricium, plebejum alterum, qui in observando, castigando, plebendoque curarent ne quis a Romana & conservata vita per voluptates diverteret. *Hi Censores dicebantur: quibus licebat aut equum adimere, aut senatu ejicere, si quis intemperanter vixisset.*

**Notatur Ale-
xander, quod
ad legem
quandam
Censoriam
provocet.**

§. IX. Quid autem Alexander dicit, ea, quae de potestate Censorum attulerat, *Lege Censoria fuisse cauta, cuius etiam verba se adscriptissē putat, in eo haud dubie ad Ciceronis libr. 3 de Legib[us] respicit, ubi prope iisdem verbis Lex de Censorum officio profertur nam quādam parum commode in tex- tu Alexandri mutata sunt vel ejus propria incuria, vel vito de- scribentium.* Fallitur ergo Alexander egregie, dum putat, lege quādam Censoria talia fuisse cauta de officio Censorum, idque miror, non solum a Tiraqvello non observatum, sed & ab aliis incaute ex Alexandro extcriptum, quasi unquam in Republica Romana de potestate Censorum sub tali formula lex lata fuerit. Evidens autem est, Ciceronem in libris de Legib[us] non enarrare formulas Legum Romanarum, sed recen- sere Leges in cerebro suo confictas, quales volebat esse in Re- publi-

SEU CENSURA MORUM. CAP. II.

31

publica, qvæ ex ejus ingenio debebat esse Respublica perfecta & ad ideam. Etsi non negandum sit, eum in hac Lege Censoria respexisse ad potestatem Censorum, qvam suo tempore habebant, atqve ex illa legem istam conflasse.

§. X. Porro nec illud intelligo, qvod Alexander ad potestatem Censorum refert, ut ea, qvæ ad publicam disciplinam pertinuerint, *lege edita* statuerent. Praeterquam enim, qvod capite precedente ostenderim, nos de tali judicio morum esse sollicitos, ubi Cenforex ex arbitrio, & non ad præscriptum legum, de actionibus, de qvibus Leges latæ non erant, judicascent; nusquam alias me legisse memini, Censoribus datam fuisse potestatem leges ferendi, nec video etiam in notis Vario rum ad hunc locum Alexandri qvicqvam additum esse, qvod vel hæc ejus dicta confirmet, vel improbet. Qvare eo majori cura hac de re videndum erit. Videtur autem Alexander respexisse ad ea, qvæ paulo post ipmet annotavit. *Furius Camillus* inquit, *cum Censuram ageret, ut exhaustæ Civitati propter assiduas bellorum clades, cives suppeterent, legem de mari tandis ordinibus tulit, qua inter cetera pœnis coercuit illos, qui viduarum nuprias, qvarum viri bello ceciderant, devitarent.* Eos vero, qvi ad senectutem cælibes per venerant, era pœna nomine ad ærarium ferre jussit. *Qvam legem* *Q. etiam Metellus Numidicus iterum in Censura promulgavit.* Ast & hoc falsum est, vel Camillum, vel Metellum *leges* in Censura promulgasse. Citat Tiraqvellus in notis de Camilli faæto Plutarchum; de Metelli Gellium & Florum. Sed hi ipsi autores & Alexander erroris, & Tiraqvellum negligentie convinent. Ita vero de Camillo Plutarchus *in vita ejus paulo post princip. p. m.*

121. *Censuræ ejus egregium hoc opus commemoratur, qvod cælibes & oratione, & mina multæ eo complit, ut viduas (qvæ tam propter bella erant multæ) matrimonio ducerent: necessarium vero, qvod orbos parentum liberos pensionem, a qva prius fuerant immunes, solvere ærario jussit.* Ad qvod eum institutum adegerunt continentia bella, magnos sumptus requirentia:

Et qvod censoribus ipsis, potestatem legis condenda tribuat.

DISSERTATIO DE JUDICIO

maxime autem Vejorum obſidio. Vides, orationem & minus memoraria Plutarcho, non legem. Pariter de Metello Numidico Gellius lib. t. c. 6. Orationis & horationis meminit, non legis. *Multis, inquit, & eruditis viris audientibus legebatur oratio Metelli Numidici, gravis ac disertus viri, quam in censura dixit ad populum de ducentis uxoribus, cum eum ad matrimonia capeſſenda adhortaretur.* Eadem dicit epitomator Livii l. 59. *Q. Metellus Censor censuit, ut omnes cogerentur ducente uxores liberorum creandorum cauſa.* Exstat oratio ejus quam Augustus Cesar, cum de maritandis ordinibus ageret, velut in hæc tempora scriptam in senatu recitavit. *C. Attinius Labeo Tribunus plebis Q. Metellum Censem, a quo in senatu in legendō præterius erat, de Saxo deſici jussit: quod ne fieret, ceteri tribuni plebis auxilio fuerunt.* Voluimus statim addere rixam Labeonis cum Metello, ut eo melius exinde appareat, Censoribus potestatem Legislatoriam non fuisse.

Rævardi opinio singulare, quod censores etiam mores fœminarum notaverint. §. XII. Porro in eo convenient, qui de potestate censorum scriperunt, quod tali mares ob mores ignominia sint notati. Neque enim ullum factum recensent, ubi fœminæ fœminarum notaverint notatae, & modus notandi etiam ad fœminas non quavat, neque enim illæ ad lustrationem pertinent, neque senatus aut tribu moveri possunt, neque equus iis adimi, neque in tabulas ceritum queunt redigi, aut ærarie fieri. *Confer Bodinum d.l. 6. c. 1.p.m. 975.* Unde miror, solum Rævardum celebrem alias JCtum, contrarium & asteruisse, & etiam rationibus non omnino sufficientibus voluisse adſtruere. Sic enim differit d.l. 4. ver. c. 13. p. 677. seq. *Hinc propemodum intelligere mibi nunc videor, quid sibi voluerit A. Gellius l. 4. c. 20. cum ita scriberet;* Censor agebat de Uxoribus solenne jusjurandum. Verba hæc erant ita concepta: Et tu ex animi tui sententia vxorem habes? Ex hoc enim loco posse liquido probari videtur, non de questionibus dundaxat sponsalitiis, sed de maritorum etiam & vxorum moribus, censores cognovisse. Idque in ea oratione quam de dote scripsit, testatur etiam M. Caro. Vir, inquit,

quit, cum divortium fecit, mulieri judex pro censore est. *Qvibus consentaneum etiam est, quod sic Cicero de Orat.lib. 2. scribit.* Ridicule etiam illud L. Portius Nasica censori Catoni, cum ille: Ex tui animi sententia tu uxorem habes? Non hercle, inquit, ex animi tui sententia. *Solenne iusjurandum arbitror Gellium appellare iuramentum quod annis singulis, a maritatis civibus Rom. singulis, de uxoribus earumque moribus exigebatur.* Sic enim solenne iusjurandum accipi posse, autor est Tacitus Annal. lib. 10. Qvin & illa, inquit, objectabat, principio anni vitare Traesam solenne iusjurandum, nuncupationibus votorum non adesse, qvamvis Qvindecim virali sacerdotio præditum. Eoque sensu solennia munera, & solennia patrimoniorum onera dixerunt etiam *Juri consulti* c. 12. §. pen. de administ. tut. c. 2. de veteranis. Cum autem solenne iuramentum istud exigebatur, tunc si ex animi sententia uxorem se non habere, aut vxori iussisse propter ejus mores pravos, res suas sibi habere, censoribus responderet maritus, videretur ad judicium censorium etiam pertinuisse, de moribus vxoris inqvirere, cognoscere, & si res ita postulare videretur, pronunciare. imo etiam uxores coërcere. Eoque visus est respexisse Paulus, qui de pacto dotali differens, ait, conveniri non posse ne de moribus agatur, ne publica coërcitio privata pactione tollatur. c. 39. de pactis dot. Haud dubie per publicam coërcitionem Censorium judicium intelligens. De quo judicio accipendum etiam videtur quod sic Papinius scribit. Viro & vxore mores invicem accusantibus, causam repudiis dedisse utrumque pronunciatum est. c. 39. Solut. mat. Et sic quidem satis esse perspicuum puto, de uxorum maritorumque moribus olim apud censoris litigari conservisse. Jam igitur paucis videamus, qvid istae rationes Rævar di habeant in recessu.

§. XII. Evidem leges ex Jure Justiniane allatas quod Quem sedu-
attinet, non opus est, ut in iis nos detineamus, cum iam ^{xix} locus dif-
§. 2. c. 1. probatum sit, eas pertinere ad rei vxoris actionem, adeo-
que ad judicia civilia & potestatem Prætoris, non ad judicia de
moribus & potestatem Censorum. Totum negotium eo re-
dit,

DISSERTATIO DE JUDICIO

dit, ut inquiramus de sensu loci Gelliani qvi Rævardo impo-
suit. Ita vero Gellius d. l. 4. c. 20. *Censor adigebat de uxoribus
solemne juramentum. Verba ita erant concepta: Et tu ex ani-
mi tui sententia vxorem habes. Qui jurabat, cavillator qvi-
dam & canalicula & nimis ridicularius fuit. Is locum esse sibi
joci dicendi ratus, cum ita, uti mos erat, censor dixisset; Et tu
ex animi tui sententia uxorem habes? Habeo eqvidem, inquit,
vxorem, sed non ex animi tui sententia. Tum Censor eum,
qvod intempestive lascivisset, in ararios retulit; causamque
hanc joci scurrilis apud se dicti subscriptis. Locus ipse est ob-
scurus ut nescias, quem in finem solenni juramento qvæsierint
ex civibus Romanis censores, utrum ex animi sententia habe-
ant vxores? sed qvicunque tandem eius juramenti scopus
fuerit, vel ex fragmento Ciceronis l. 4. de Rep. apud Nonium
constat, qvod Censores non ideo sic qvæsiverint, ut in mores
vxorum velint inquirere, vbi ita Tullius: *Nec vero mulieribus
prefectus preponatur, qui apud Graecos creari solet, (ergo apud
Latinos & Romanos talis non fuit) sed sit Censor, qui viros do-
ceat moderari uxoribus, (non qui in mores vxorum ipse nota
Censoria animadvertat.)**

Cujus emen-
datio tenta-
tur. Ex ani-
mi sententia
formula an-
tiqa juran-
di.

§. XIII. Venit in mentem suspicio, annon vterque locus, & Gellii & Ciceronis, (§. 11. ex Rævardo descriptus) sint corrupti? Neque enim verosimile videbatur, qvæsitos fuisse a Censoribus cives, an vxores haberent ex animi sententia, sed potius qvæstio videbatur eo pertinere: an haberent vxores? qvoniام scilicet animadvertebant in cœlibes. Illud autem: ex animi sententia videtur pertinuisse ad formulam juramenti. Sane apud Rachelium *in notis ad Ciceronis Officia p. m. 456. in fine*, invenio scriptum. *Formula juris: jurandi erat: Ex ani-
mi sententia: Locus, in cornitio ad aram, quæ pureal Libonis dis-
cebatur. Cicero in Lucullo: Majores nostri ex animi sui sen-
tentia jurare qvemque voluerunt, deinde ita teneri, si sciens falleret, qvod infacia multa verfaretur in vita. Haec tenus Ra-
chelius. Miror autem, a Rachelio non fuisse adductum locum
domesticum ex lib. 3. de Offic. p. m. 553. seq. Non enim falsum
jura-*

jurare pejerare est: sed quod ex animi tui sententia juraveris,
sicut verbis concipiatur, more nostro, id non facere, perjurium est.
Nam diserte hic dicit Cicero: verbis i.e. formula jurandi &
quidem more Romano sic concipi: ex animi sententia. Ut
adeo insigniter aberret Franc. Sylvius in notis ad Orat. Cicer.
pro Cluentio. p. m. iii. Quædam verborum formula erat quam
concipiebant, id est, exprimebant iij qui jurabant. Inde factum
est, ut dicatur, verbis conceptis jurare: ut contra verbis con-
cepitis pejerare, cum quis quidex illa verborum formula juran-
do mutat, aut transmittit, ne jurejurando obligatus esse videa-
tur. Cicero in libro de Officiis tertio; Qvod, inquit, ex animi
tui sententia juraveris, siue verbis concipiatur more nostro, id
non facere perjurium est. Quibus verbis significat, in jureju-
rando oportere adesse & animi sententiam, & verborum conce-
ptionem. Nihil minus quam istud Cicero eo loco dicere vo-
luit. Sed illud dubium explicationem nostram urget. Con-
stat, etiam apud Ethnicos jurejurandum Deo teste fuisse præ-
stitutum. Huc pertinet quod idem Cicero habet d. l. 3 p. 546.
Quid est igitur, dixerit quis, in jurejurando? Num iratum time-
mus Jovem? at hoc quidem commune est omnium Philosophorum
&c. nunquam nec irasci Deum nec nocere. At in illa formula:
ex animi tui sententia non Deus, sed animus testis adducitur.
Sed tollat hoc dubium idem Cicero alio loco d. l. 3. p. 457. Cum
vero jurato dicenda sententia sit, meminerit, Deum se adhibere
testem: id est, ut ego arbitror, mentem suam, qua nihil homini
dedit ipse Deus divisius.

§. XIV. Postquam haec scripseram, incident in manus probatur
libri variarum lectionum Justi Lipsii, ad quæ etiam provocave-
rat Philippus Carolus in not. add. l. Gellii. Hic vero valde
gaudeo, conjecturam hanc meam approbatam jam fuisse huic
magni & ingeniosissimi viro. Quare non possum non ejus
locum hic dare integrum, non solum, quia is mentem nostram
pleniū demonstrat, sed & quia ejus sententia iterum illustra-
tur ex iis quæ modo diximus. Ciceronis, inquit, l. 1 Var. Lect.
c. 1. verba in disputatione illa de locis, Dialogo secundo de Ora-
tione

DISSERTATIO DE JUDICIO

tione hæc sunt: Ridicule etiam illud L. Porcius Nasica Censori Catoni cum ille, ex tui animi sententia, tu vxorem habes? Non hercle, inquit, ex animi mei sententia. Proposui locum quomodo eum legendum & inter pungendum judico; nunc joci istius & facieiæ ratio quæ sit, paullo altius ex antiquitate repetendum mibi videtur. Illud satis constat, Censores cum lustrum conderent, cum primis curam rei uxoriae veteri instituto apud Romanos habuisse. Et cum propagatio sobolis ad imperii vel dignitatem vel eternitatem maxime pertineret, diligenter cavisse, ne quis civis Romanus calebs & sine uxore esset. Cicero de Legibus Censorum officia describens, populi, inquit, ævitates, foiboles, familias, pecuniasque censento, cœlibes esse prohibento. Et idem in libris de Republica: Nec vero Mulieribus prefectus præponatur, qui apud Græcos creari solet, sed sit Censor qui viros doceat moderari uxoribus. Illud fortassis ignorius, solitos esse Censores, aliasque Magistratus in jure jurando exigendo hæc verba præmittere, ex animi tui sententia. Id est, responde ad id quod rogabo ex animi tui sententia, ita uti sentis, neve me sciens fallas. Ac deinde addebant, tu eqvum habes? aut, tu vxorem habes? Quod idem in omni juramento servatum. Auctor Cicero in Academicis: Qyam rationem, ait, etiam majorum nostrorum comprobat diligentia, qui primum jurare ex sui animi sententia qvemque voluerunt. Et Petronius Arbitr̃ indicat: Eumolpus tabulas federis signat, quevis hæc formula erat: Ex tui animi sententia. Ut tu Triphena, neq; ve injuriam tibi factam quereris, &c. Ex his jam nunc facilis nobis erit, ut opinor, loci hujus interpretatio. Cum enim Censor Cato in lustro condendo a nescio quo Nasica nimis faceto homine solennibus verbis de more petiisset, ex animi tui sententia, dic videlicet, aut iura, tu vxorem habes? Ille alter intempestive dicax, & joci occasionem undeq; vaque captans, respondit, non hercle ex animi mei sententia. Ita videlicet solennibus illis verbis respondens quasi Censor non rogasset, utrum Uxorem haberet, sed utrum morigeram, bonam & ex animis sui voluntate uxorem haberet. Petebat quidem igitur Censor, ut

ju-

jurans ex animi sui sententia, diceret, utrum cœlebs esset, aut utrum haberet vxorem: cum ecce ille ridicule & preter expectationem verba in alium sensum detorqvens, negat se habere vxorem talem, qualem ex animi sui voluntate veller habere. Qvis autem fuerit L. Nasica iste, incertum: Censorum vero, cui id contingerit, M. Catonem illum Censorium fuisse existimo. Qvod autem in vulgaris legitur, non hercle ex animi tui sententia, quasi in Censorem ipsum Nasica cavillatus sit, eumque ut priuorem in uxorem suam arguere voluerit, id & contra liberos omnes veteres esse, viri eruditii testari sunt, negre profecto acutiorum aliquam sententiam aut jocum haber. Ut omittam, parum credibile esse, civem aliquem tam scurrili joco, vel potius convito, severitatem censoriam ausum esse laceſſere. Refertur autem idem hic jocus etiam apud Agellum, sed ita, ut in vulgaris Ciceronis, corrupte. Ergo etiam ille ad hoc Exemplum corrigendus est. Non dissimilis jocus Domitii Afri apud Quintilia-

in rubro

num l. 6. Cum Sulpicius Longus, qui ipse feedissimus esset, eum, contra quem judicio liberali aderat, ne faciem quidem liberi hominis habere dixisset: ei respondens Domitius Afer: Ettu, inquit, ex animi sententia Longe. Qui malam faciem habet, liber non est? Rogo autem si cui forte haec Ciceronis interpretatione mea vel quæſita longius, vel acutior quam pro re videbitur, is locum totum una cum interpretatione mea diligentius consideret, ego audacter preſto iturum eum in sententiam meam.

§. XV. Notare voluisse Lipsium quendam ex eruditis, *Ex eodem* quem nominare noluit, aperte patet ex verbis initialibus illius probatur ul-
observationis. Et forte fuit ipse Rævardus noster. Min- terius, cenſo-
imum illa ipsa sententia de moribus fœminarum a Censoribus negle&tis, quam adversus Rævardum tuemur insigniter confi- nes non no-
matur alia meditatione Lipsiana alium locum a Rævardo addu-
ctum corrigente d. l. i. var. Lecl. c. 13. *Scriptis aurem* (M. Ca-
to Cenſor) inter alias, Agellio teste, *Orationem de Dore, in qua,*
ut apparet, etiam aliqua de viri imperio in uxorem dixit. Ex
ea hoc affert: Vir cum divortium fecit mulieri, iudex pro cen-

DISSERTATIO DE JUDICIO

fure est, imperium qvod videtur habet, si quid perverse tete-
que factum est a muliere, multatur; si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit. condemnatur. In adulterio vxorem tuam si reprehendisses, sine judicio impune necares: illa te, si adulterares, digito non auderet contingere, neque jus est.
In his verbis cum sententiam dignam inquisitione subesse vide-rem, que tamen propter loci depravationem difficile intelligi possit, conatus sum sine librorum auctoritate ita emendare, Vir, nisi cum divortium fecit, mulieri judex & pro censore est, imperium qvod videtur habet. Sententia plana, ut sit, virum quamdiu cum uxore est, qvodvis imperium & omne jus habere in uxorem, & cum in virorum mores aut censor, aut judex inquirat, mulieribus contra solum maritum & judicem esse & censem. Vocem autem nisi de meo addidisse me fateror, que, si ita appellanda est, temeritas mibi ipsi displiceret, nisi ea voce addita illa sententia concinnitas efficeretur quam videtis; & remota, aperti mendacii vir gravis Catonibus sit insimulandus.
Quid enim minus verum, quam id, quod ex vulgata lectione efficitur, virum cum divortium fecerit, imperium habere in uxorem? Cum jam & maritus esse deserit, & omne imperium in eum, cui posterius illa nupta fuerit, sit tralatum.

Modus no-tandi a diver-sis varius, re-censetur.

§. XVI. Pergo ad modum notandi, hic communiter triplex statuitur pro diversitate personarum. Autor quem reliqui communiter sequuntur est Asconius in commentariis in divinationem Ciceronis: *Hi (Censores) cives sic notabant, ut qui senator esset, a senatu moveretur: qui eques Rom. publicum eqvum perderet: qui plebejus, in Ceritum tabulas referretur, & aerarius fieret, ac per hoc non esset in albo centuriæ sua, scilicet ad hoc ut esset civis, sed tantummodo, ut pro capite suo tributi nomine æra penderet.* Alter triplicem illum notandi modum omissa distinctione personarum expedit Philip. Carolus ad Gellium c. 12 lib. 4. *Hi Magistratus si quos notis afficiebant, ex causis ab Auctore hic memoratis, triplici pena usi sunt, nempe vel aerarios faciebant, quam paenam solam hic nominat Auctor; vel mouebant; vel in Ceritum tabulas referebant.* In

æra-

ærarios relati suffragio privabantur, ex albo censuræ sua erabantur, redigebanturque in numerum capite censorum; nec militie amplius poterant adscribi, que gravissima fuit ignominia. In Certum tabulas relati suffragandi munere tantum privabantur, ut l. 16. c. 13. pluribus offendemus. Tribu movebantur, qui ex honestiore in sequiorem tribum migrare cogebantur, ut ex rustica in urbanam. Nobiliores autem rusticæ urbanis habiteæ fuerunt, ut probat Marcell. Donatus dilucidationibus in Livii lib. 24.

§. XVII. Conciliari forte illæ distinctiones possent, si Qvorum dices plebejos triplici illo modo fuisse notatos, quos refert Carolus, nisi videarem etiam eqvites inter ærarios fuisse relatios. Gellius lib. 4. c. ult. Cenfiores P. Scipio Nasica & M. Popilius cum equitum cenfum agerent: eqvum animis strigosum & male habitum, sed equitem ejus uberrimum & habitiſſimum vide-runt. Et cur, inquiunt, ita eſt, ut tuſis quam eqvus curatior? quoniam, inquit, ego me curo; eqvum Statius meus ſervus. Viſum eſt parum reverens eſſe reſponſum, relatusque in ærarios, ut moſ eſt. Anigitur iſta relatio in ærarios fuit communis poena omnium trium ordinum, ita tamen ut non niſi raro Senatoribus aut Equitibus imponeretur? An alijs modus adhibendus explicandi Aſconium? Videant de eo alii, nobis parum inter- eſt ad ſcopum qvaſtioniſ noſtræ.

§. XVIII. Motionem ex ſenatu per ſolam omissionem in re- Exempla ex cenfendo factam eſſe ſupra ex Fefto annotavimus. Sic Q. Fulvi- ſenatu moto- um Flaccum Cenforem, Fulvium fratrem, cohortem legionis, rum.
in qua Tribunus militum erat, injuſſu Consulis domum dimi-
tere auſum, ſenatu moviſſe tradit idem Valer. l. 2. c. 2. & Velle-
jus Paterculus l. 1. p. 15. in pr. Julius Frontinus l. 4. Stratagema-
tum c. 1. Sic M. Antonius & L. Flaccus cenfore, Duronium
Senatu moverunt, qvod legem de coērendis conviviorum
ſumtibus latam, Tribunus pl. abrogaverat. Valerius Max. d.
l. 2. c. 4. ſub rubr. de M. Antonio & Flacco. Et M. Cato Manli-
um Consulem futurum ſenatu movit, qvod interdiu preſente
filia diſlaysiasſet vxorem; afferens, fe fuam numqva niſi
cum

DISSERTATIO DE JUDICIO

cum tonaret præ timore cumplexum esse. *Plutarchus in vita Catonis* fol. 124. *Alexand.* l. 2. c. 25. Et M. Antonium a M. Valerio Max. & C. Junio Bruto Bubulco Censoribus, senatu motum esse, qvod quam virginem in matrimonium duxerat, repudiasset, nullo amicorum in consilium adhibito, tradit *Valerius Max.* d. l. 2. c. 4.

**Eqvites no-
tati.**

§. XIX. De Eqvitum nota ista exempla cape. Sic M. Valerium & P. Sempronium Censores, quadringentos juvenes, qvod in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire ius-
fi, facere id neglexerant, eqvis publicis spoliatos, in numerum ærariorum retulisse Valer. Max. tradit. d. l. 2. c. 4. Et Q. Fabio Maximo ac M. Claudio Mareello Coss. Romæ l. Cæcilius Metellum, eosque, qvi cum eo post Cannensem cladem confi-
lium deserendæ Italæ iniverant, a censoribus ignominia nota-
tos, eqvosque quibus publice erant, adentos esse, testem ha-
bemus *Livium* l. 27. p. 200. & *Sabellicum Ennead.* s. l. 3. col. 976. Ac qvia corpulentia nimia desidiam illius, cuius corpus in im-
modicum luxuriasset modum, videbatur denotare, ideo nimis pingui homini & corpulento, Censores eqvum adimere simili-
ter solitos, scribit *Gellius* l. 7. c. ult. & *Feneſtel.* l. 2. c. 17. Im-
politiæ notabatur eqves Romanus si eqvum habere gracilem-
tum aut parum nitidum visus erat, autore *Gellio* l. 4. c. 12. &
impolitiæ notare, vel impolitis facere Censores dicebantur,
cum eqvitiæ abnegabant ob eqvum male curatum, teste *Fe-
nestrus de verbis* fig. p. 225. ita ut impolitiæ notare idem sit, qvod no-
tare incuriaz, ut *Gellius loco predicto* subjicit

**Alia de æra-
riis.**

§. XX. De ærariis & hæc nota. Inter ærarios relati-
dicebantur ii, qvi ære multatitio damnatii erant: qvi tum ex
ærariis eximebantur, cum satisficerant, aut aliqua ratione hac
ignominia levebantur. *Fr. Sylv. ad Cic. orat. pro Cluentio* p.
106. Ita ii inter ærarios relati sunt, qvi fordescere agrum defi-
diave sterilescere passi fuerunt; teste *Gellio*, qvi lib. 4. c. 12. se
qvis agrum, inquit, suum passus fuerat fordescere, eumque in-
diligenter curabat, ac neqve araverat, neqve purgaverat; siue
qvis arborem suam vineamque habuerat derelictui, non bis sine
pana

pœna fuit, sed erat opus Censorium, Censoresque ærarium faciebant. Deliberatum est etiam de nota ejus, qvi ad Censores ab amico advocatus est, & in jure stans,clare nimis ac sonore oscitavit. Atque inibi, prope ut plecteretur, fuit; tamquam illud indicium vagianimi foret & allucinantis, & fluxæ atque apertæ securitatis. Sed cum ille dejerasset invitissimum fese ac repugnantem oscitatione vietum, tenerique eo vitio quod oscedo appellatur; tum notæ jam destinatae exemptus est. Gellius lib. 4.c. ult.

§. XXI. Venio ad effectum notarum Censoriarum. Ignominia miniam afferebant non infamiam, neque habebat hæc effectum notis censorii rei judicatae. Tetigimus jam ea de re quædam capite primo. Reliqua hoc loco plenius tractanda. Et ex quo melius id fieri posset, quam ex Ciceronis saepius memorata oratione pro Cluentio c. 42. & 43. Hic primum illud commune proponam, fama connumerquam animadversionibus censoriis hanc civitatem ita contentam, ut rebus judicatis, fuisse. Neque in re nota consumam tempus exemplis. Ponam illud unum: C. Getam, cum a L. Metello, & Cn. Domitio, Censoribus, ex senatu ejectus esset, censor rem ipsum postea esse factum: & cujus mores a censoribus erant reprehensi, hunc postea & populi Romani & eorum, qui in ipsum animadverterant, moribus praefuisse. Quod si illud judicium putaretur: ut ceteri, turpi judicio damnati, in perpetuum omni honore ac dignitate privantur: sic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam redditus esset. Nunc si quem Cn. Lentuli, aut L. Gellii libertus furti condemnaret: is, omnibus ornamentis amissis, numquam ullam honestatis sue partem recuperabit. Quos autem ipse L. Gellius, & Cn. Lentulus, duo censores, clarissimi viri, sapientissimique homines, furti & captarum pecuniarum nomine, notaverunt: ii non modo in senatum redierunt, sed etiam illarum ipsarum rerum judiciis absoluti sunt. Neminem voluerunt maiores nostri non modo de existimatione cuiusquam, sed ne pecunaria quidem de re minima esse judicem, nisi qui inter adversarios convenisset. Quapropter in omnibus legibus, quibus exceptum est, de quibus cau-

DISSERTATIO DE JUDICIO

sis aut Magistratum capere non liceat, aut judicem legi, aut alterum accusare, hec ignominiae causa prætermissa est. Timoris enim causam non vite pœnam in illa potestate esse voluerunt. Itaque non solum, judices, illud ostendam, quod jam videtis, populi Romani suffragiis sæpen numero censorias subscriptiones esse deletas, verum etiam judicis eorum, qui jurati statuere majore cum religione, & diligentia debuerunt. Primum judices, senatores, equitesque Rom. in compluribus jam reis, qvos contra leges pecunias accepisse subscriptum est, sive potius religioni, quam Censorum opinioni, paruerunt. Deinde praetores urbani, qui jurati debent optimum quemque in selectos judices referre, numquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse oportere duxerunt. Censores denique ipsi sæpen numero superiorum Censorum judiciis, (si ista judicia appellare vultis) non steterunt. Atque etiam ipsi inter se Censores sua judicia tanti esse arbitrantur, ut alter alterius judicium non modo reprehendat, sed etiam rescindat: ut alter de senatu moveri velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimet: ut alter in ærarios referri, aut tribu moveri jubeat, alter vetet. Quare qui nobis in mentem venit, hec appellare judicia, que a populo Romano rescindi, ab iuratis judicibus repudiari, a Magistratis negligi, ab iis, qui eandem potestatem adepti sunt, commutari, inter collegas discrepare videatis?

Non fuit tamen ignomi- animadversio, & viris cordatis spernenda. Notanter Bodini hæc levis & viro corda- nus d. l. 6.c. 1. p. 984. Erat ea cura censorum: Extremo censu- to contem ræ actu, populus universus in campo Martio sacrificio solenni lu- menda nota, strabatur; ordines civium censabantur: & utri quisque flagi- tiosam vitam duceret, ita notabatur in tabulis publicis, ut eam notam judicis ipsis formidabiliorum boni cives arbitrarentur. Et plenius p. 990. seq. Ego Censorum notam, ignominiam reprobationem omnibus omnium magistratum judicis ac sententia acerbiorum fuisse puto. Cum enim luftrum agerent ci- vibus in campum Martium coactis, aderant interdum quingen- ii, aut quod minimum, trecenti senatores, ordo Eqvæstris duplo

ma-

major, plebs ipsa quantum quidem loci amplitudo capere poterat; omnes trepidi & anxi, qua quisque ignominia notaretur. Scilicet, quæ ex Cicerone attulimus præbent exceptionem a regula, qvæ Bodinus hic adduxit, ad regulam pertinent. *Qvis enim senator æqvo ac tranqillo animo ferret, senatu moveri, qvis eqves eqvum & stipendium perdere, qvis plebejus ad ærarios relatus, de civitate aut libertate periclitari.* Qvamvis forte miserum qvandoqve miseris fuerit solamen socios habuisse pari ignominia notatos. Ita Livius refert: Senatores sex & sexaginta una censura ordine senatorio motos esse.

§. XXIII. Addit Bodinus aliam differentiam infamiae & ignominiae. d. p. 991. Nam si esset ignominia idem quod infamia, fruстро Prætor L. i. de his qvi not. infam. edictis perpetuis infamia notasset eos, qui ab Imperatore cum ignominia dimissi fuissent, (hanc enim J. Ctorum interpretes in l. palam ff. de Ritu nupt. ignominiam facti appellant) de iis qui a censoribus notarentur nihil edicto comprehensum est. Non igitur infames sunt ignominiosi ut infamia ac damnatorum pœnis teneantur. Qvæ vero statim addit Bodinus, sine censura non sunt dimittenda. At is, inquit, qui de senatu Censoris nota dejectus rogationem ad populum tulerat, sapissime restituebatur. Interdum eriam id non jure, sed ab animo ipsa malevolentia jejuno, & obrectatorum invidia factum fuisse docebat. Sin esset accusator aliquis, qui Censoris notam, aut eriam si censor ipse, suam dignitatem tuerivellet, coram populo judicium constituebatur. Ac si quidem censoria nota compunctum populus damnaret, non tantum ignominiosus, sed etiam infamis dicebatur. L. 2. de Senatoribus l. cognitione de variis & extraordin. cognit. Nam in his qvidem textibus nihil ea de re extat, qvam asserit Bodinus. Qvin potius diserte Macellus d. l. 2. de Senat. diversam a Bodini rationem assignat. Cassius Longinus, ait, non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem senatu motus, nec restitutus est, judicare, vel testimonium dicere: quia lex Julia repetundarum hoc fieri vetat. Ecce J. Cetus ad legem Julianam repetundarum provocat, non ad confirmationem notæ censorię a populo factam.

Alia ex Bodino de infamia & ignominia diffentia.

DISSERTATIO DE JUDICIO

Cur de interitu potestatis Censoriae pauca a Scriptoribus traditi miror, quod tamen vel ideo utile erat, ut appareret cur haec potestas, quae tantopere commendatur, & ut in Rebus publicis Christianorum reducatur, ab omnibus fere svadetur, in Romana Republica desierit, in tantum ut cum de aliorum Magistratum officiis integri tituli in corpore Juris Justiniane compareant, de officio Cenforum tamen nullus adsit. Nec sufficit dicere, Censores tempore Justiniani desisterent, cum remaneat dubium, quando & qua occasione tam utilis Reip. Magistratus desierit. Et credo Scriptores, qui de Censoribus Romanorum alias ample egerunt, quique Censuram tantopere commendant, vel ideo de factis & interitu Censuræ tam pauca, & quae notant, tam superficialiter & confuse tradere, ne transpareat imbecillitas argumentorum, quae pro utilitate censuræ attulerunt. Igitur vel maxime erenstra erit, accuratiore ordine pauca de fatis præcipuis Censuræ Romanæ ab origine ejus usque ad interitum ex præstantissimis Romanæ Historiæ Scriptoribus, Livio, Dione, Svetonio &c. excerpere, non quidem, ut hactenus fecimus, integris ubique, eorum locis appositis, ne nimium crescat Dissertatio nostra, sed breviter saltem & quasi per indicem.

Origo censuræ qualis?

§. XXV. Anno 311. ab urbe condita primi Censores creati sunt. Rei hujus parva origo erat, quod per multos annos populus incensus fuerat, neque census diutius differri posset, consulibus tamen, qui antea simul negotium id expedierant, res operosa ac infra dignitatem consularem videretur. Parvum itaque Censuræ, quae tanta postea incrementa summis, erat initium, & spernebant primores civitatis tum temporis, illum honorem. Olfaciebat tamen ordo senatorius facile, magnam potentiam sibi per hunc Magistratum accrescere, ideoque patres leti eam propositionem accipiebant, et si de re tam parva, quia erat initio Magistratus solum patritius, & quo plures patritii magistratus in Republica erant, eo major erat patritiorum adversus plebem autoritas. Previdebant insuper, futurum esse, ut, qui præsentis ipsi honorij jus majestatemque

que adjicerent. Tribuni vero plebis, et si has machinationes patritiorum sentirent, tum nolebant tamen contradicere, respicientes tum quidem magis ad necessitatem census, quam ad speciosa illa augmenta, quæ adhuc latebant, partim etiam ne male audirent, ac si parvis quoque rebus incommodo adversari vellent. Talia de origine Censuræ ipse Livius ratiocinatur lib. 4. c. 8. Igitur magis ambitio patrum, quam studium emendandi mores & utilitatis publicæ Cenfuram peperit.

§. XXVI. Non diu post, anno videlicet 320. ab Urb. Cond. Mamercus Aemilius dictator ad populum retulit, ad libertatem populi pertinere, si magna imperia diuturna non essent. Alios Magistratus annuos esse, qvinquennalem Cenfuram (talis ab initio erat) gravem esse, quod quis iisdem hominibus in plerisque vitae actionibus tanto tempore obnoxius vivere debeat. Ergo ex qvinquennali octodecimestrem fecit. *Livius d.l. 4. c. 24.* Ipso Cicerone judice *Orat. pro Cluentio c. 44.* populus Romanus monetur, ut videat, quid agat, si ob notam Censorum solam & subscriptionem absque probationibus ulterioribus rem pro vera habere velit, ne hoc modo censoribus potestas regia permittatur, neve subscriptio censoria non minus calamitatis afferat civibus, quam proscriptiones acerbissimæ, autne censoribus stylus, cuius mucronem multis remedii majores retuderint, æque posthac, quam illum dictatorum gladium pertimescant. Itaque Mamercus Aemilius, ut re ipsa testaretur quam ipsi displiceant diuturna imperia, seipsum dictatura statim abdicavit, atque congratulatione ac favore ingenti populi domum est reductus. Sed Censure ægre ferentes, quod magistratum populi Romani minuisset, tribu eum moverunt. octuplicatoque censu ærarium fecerunt. Mamercus notam hanc ingenti animo tulit, causam potius ignominia intuens, quam ignominiam ipsam. Populus vero tanta indignatione factum Censorum exceptit, ut vis a Censoribus nullius autoritate, præterquam ipsius Merci deterrei quiverit, *Livius ibid.*

Tyrannis ab
Appio Clau-
dio per cen-
suram affe-
cta.

§. XVII. Anno 443. ab U. C. Appius Claudius censor circumactis decem & octo mensibus, quod Æmilia lege finitum censuræ spatium temporis erat, cum C. Plautius collega ejus magistratu se abdicasset, nulla vi compelli ut abdicaret, potuit. P. Sempronius erat tribunus plebis, qui finienda censuræ intra legitimum tempus actionem suscepserat, non popularē magis quam justam, nec in vulgus, quam cuique gratiorem. Is cum identidem legem Æmiliam recitaret, auctoremque ejus Mamercum Æmiliū dictatorem laudibus ferret: qui qvinquennalem ante censuram & longinquitate potestatem dominantem intra sex mensium & anni coëgisset spatium, gravissima oratione hortatus est Appium, ut censura abiret, urgens potissimum, quod hæc lex Æmilia per seculum a Centoribus sancta servata fuisset, quodque regno simile sit, si is per triennium & tex menses ultra, quam licet, solus ad supplendum antiquum qvinquennium censuram gerere velit. Noluit tamen Appius abdicare, & pro facinore suo excusando nil aliud attulit, quam quod lex Æmilia faltē pertinuerit ad Censores, quorum tempore lata esset. Igitur jussit Tribunus plebis prehendi Censem & in vincula duci. Approbantibus sex tribunis actionem collegæ, tres appellanti Appio auxilio fuerunt: summaque invidia omnium ordinum solus censuram gescit. *Vide iterum Livium lib. 9. c. 33. & 34.*

Turbæ mu-
tux censo-
rum, scipios
notantium.

§. XXVIII. Anno ab U. C. 548. M. Livius & Claudius Nero censores magnas turbas fecerunt. Vectigal novum ex salaria annona statuerant. Id vectigal commentum alterius ex censoribus esse credebant, populo irati, quod iniquo judicio quondam damnatus esset: & in pretio salis maxime oneratas esse tribus observabant, quarum opera damnatus erat. Inde Salinatori Livio iuditum cognomen. Equitum deinde census agi coëptus est, & ambo forte censores equum publicum habebant. Cum ad tribum Polliam ventum est, in qua M. Livii nomen erat, & præco cunctaretur citare ipsum censem: cita, inquit, Nero, M. Livium, & sive ex residua & veter-

re

re similitate, sive intempestiva jactatione severitatis inflatus; Livium, quia populi judicio esset condemnatus, eqvum vendere jussit. Item M. Livius cum ad tribum Narnensem & nomen collegae ventum est, vendere eqvum C. Claudium jussit, duarum rerum causa: unius, qvod falso adversus se testimonium dixisset: alterius, quod non sincera fide tecum in gratiam rediisset. Itaque ibi foedum certamen inquinandi famam alterius cum sue famae damno, factum est. Exitu censuræ cum in leges jurasset C. Claudius, & in ærarium ascendisset, inter nomina eorum, quos ærarios relinquebat, dedit collegæ nomen. Deinde M. Livius in ærarium venit & præter Metiam tribum, quæ se nec condemnasset, neque condemnatum consulem aut censorem fecisset: populum Romanum omnem, quatuor & triginta tribus, ærarios reliquit: quod & innocentem se condemnasset, & condemnatum consulem & censorem fecissent: neque inficiari possent, aut judicio semel, aut comitiis bis ab se peccatum esse. Addidit: inter quatuor & triginta tribus & C. Claudium ærarium fore. Quod si exemplum haberet, bis eundum ærarium relinquendi, C. Claudium nominatim se inter ærarios fuisse relicturum. Parvum certamen notarum inter censores castigatio inconstantie populi censoria gravitate temporum illorum digna. In invidia censore cum essent, crescendi ex his ratus esse occasionem Cn. Bæbius tribunus plebis diem ad populum utriusque dixit. Ea res consensu patrum discussa est, ne postea obnoxia populari auræ censura esset. *Livius lib. 31. cap. penult.*

XIX. Anno 690. ab U. C. memorabile est quod Censores ipsi inter se maximopere de rebus agendis dissidere coepit, cum alter eis, qui trans Padum incolunt, rem publicam communicandam statueret, alter negaret, ne in aliis quidem rebus quicquam efficerent, sed Magistratu se abdicaverunt. Ob eam causam successores quoque eorum sequenti anno nihil egerunt, impedientibus eos in legendu senatu tribunis plebis; timentibus, ne senatu ipsi ejicerentur. *Dio Cassius lib. 37.*

pag. m. 34.

Censores inter se dissentientes usum censuræ impediunt.

§. XXX.

**Lex famosa
Clodii censu-
ram revera
tollens.**

§. XXX. Sequitur famosa lex Clodii, qua Censura magna diminutionem passa est. Res ita se habet. Erat Clodius Ciceroni offensus, & clanculum cum Julio Cæsare conspirans. Antequam aperte exequeretur, que animo jam adversus Ciceronem machinatus erat, ante omnia senatum prius & equites ac plebem sibi conciliare ac eos inescare tentavit. Hoc vero ut obtineret, frumentum pauperibus gratuito distribuit, & collegia sociorum, ita invidiae vitandæ causa dicta, quæ antiquitus instituta aliquamdiu jam intercederant, renovavit, interdixitque Censoribus, ne quenquam magistratu moverent, aut ignominia notarent, nisi quis apud *utrumque ordinem* in judicio convictus esset. Gesta sunt hæc anno ab U. C. 695. *Dio l.38.p.m.66.* Duravit illa lex usque ad annum 702. Nam hoc anno Scipio Consul ea, quæ de censoribus erant a Clodio statuta abrogavit, iisque pristinam potestatem reddidit. Qyod cum in eorum gratiam factum videretur, tamen in contrariam partem vertit. Cum enim & in equestri, & in Senatorio ordine, multi nullius pretii homines essent, qvamdiu censoribus nullum ex his neque accusatum, neque damnatum loco movere permisum erat, vitio quoque ipsis dari non potuit, si homines improbi ignominia non notarentur. At postqvam censores pristinam suam potentiam (qua privatim quoque in unuscu jusque vitam inquirendi, meritosque infamia notandi jus habebant,) recuperaverunt: neque offendere multos, neque in reprehensionem (aliorum) incurre, qvæsi immeritos sua dignitate defpoliascent, volebant. Itaque nemo prudens vir censuram pettit. *Dio l.40.p.146.* Sustulerat revera Clodius lege sua potestatem Censoriam, quantum ad mores attinet, quæ in eo tota sita est, ut absque judicio rite formato mores notaret, quemadmodum hactenus latius est ostensum. Alter tamen legis Clodiæ mentem exponunt communiter Franciscus Hotomannus & Antonius Augustinus, *de LL. Roman.* item Alexander & Bodinus *dd. II.* quasi ea solum sanctum sit, ne quem Censores notarent, nisi antea legitime accusatus & utriusque Censoris judicio damnatus foret.

Secu-

Secuti haud dubie sunt omnes Asconium Pedianum, qui in notis ad Ciceronis orationem in Pitonem mentem legis Clodiæ sic exponit. Sed malo sequi Dionis expositionem, qui dicit Clodium sanxisse ut notandus a Censoribus prius apud *utrumque ordinem* (id est senatorium & plebeium) in judicio convictus esset. Asconius autem ex errore pro *utroque ordine* intellexit *utrumque Censem*.

DOC §. XXXI. Inclinabat tamen Censura in interitum, & Scipionis hoc adjumentum parum ipsi proderat. Anno quippe statim sequente ex imprudentia Appii Claudii Censoris Cæsari inimici & Pompejo cupientis, ac nimia severitate censoriabiliter cæsari sentatores & equites notantis, factum est, ut præter animi sui sententiam Cæsari multum profuerit, cum ab eo notati omnes fit?

deinceps Cæsarianas partes sequerentur. *Dio d. l. 40. p. m. 149.*

Ipse vero Cæsar, cum dictaturam impetrasset, & dictatura maximus dignitatis gradus esset, Censoris appellatione abstinuit, quia id, ut recte Dio notat, parum honorificum existimaretur, non modestiae causa, ut vult Calaubonus ad Sueton. *Cæsar. c. 76.* Rem ipsam tamen habuit, atque hoc est, quod Svetonius d. l. dicit, quod *nimios honores receperit, ut continuum Consulatum, perpetuam dictaturam, præfeturamque morum, quodque Cicero eum, observante Calaubone d. l. morum præfectum nominat.* Certe non legitur notas censorias erga ullum usurpasse, sive senatorem sive plebejum. Refert quidem Svetonius c. 43. quod diremerit nuptias prætorii viri, qui digressam a marito post biduum statim duxerat, *quamvis sine probri suspicione.* Sed tamen non dicit, quod propterea ignominia notaverit Senatorem. Et forte id ipse Svetonius dixit. Valde enim suspicor loco verborum *sine probri suspicione* legendum esse *sine probri subscriptione.* Sane in vulgata lectione sensus est obscurus & longius querendus, nostra autem lectio plana: Censors enim, si talia facta notarent, subscribebant causam probri seu ignominiae. Quid, quod ad populi favorem acquirendum idem Cæsar Censorum præcedentium notas irritas reddiderit, ac nudatos (an notatos?) opere Censorio restituerit, & ipsum

Severitas
censoria pro-
moverit interi-
rum Reipu-
blicæ Cæsari
censura mo-
rum an usus

censum etiam populi nec more, nec loco solito, sed per alios (tanquam negotium sua persona non dignum) scilicet per dominos insularum vicatim egerit. *Sveton. c. 41.* Quae omnia haud dubie non recte intelligens Bodinus *de republ. d. l. 6. c. 1.* p. 672. falso scripsit, C. Cæsarem Dictatorem, ut censum accusatus faceret, ad singulas uniuscujusque domus adiisse, & quoniam præcipua potissima pars ejus muneric ad confirmandos civium mores pertinuerit se *magistrum morum, non Censorem appellavisse.*

*Augusti cen-
sura cum A-
grippa.*

§. XXXII. Successor ejus, an primus Monarcha Romanus, Octavianus Augustus exemplo Cæsar, autor factus censuram initio non recusavit, ac Agrippæ collega fuit emendavitque cum alia quædam, tum senatum examinavit. Nam in eum ordinem multi equites ac plebei indigni bellis civilibus adsciti erant, ita ut ad millenarium numerus Senatorum pervenisset. Hos ut removeret, nullum eorum ipse delevit; sed cum hortatus fuisset, ut sua ipsi conscientia teste, de genere & vita sua judicium ferrent; primum quinquaginta viros permovit, ut sponte sua senatu cederent; deinde ad horum exemplum sequendum alios CXL. adegit. Horum nomina edidit. At primis, quod nulla interjecta mora dicto parvissent, hanc quoque ignominiam remisit. Porro hi sponte sua privati facti sunt. At Q. Stantilium idem, invictissimum quidem, tribunatu, qui ei destinatus fuerat, prohibuit. *Dio l. 52. p. 493.*

*Idem postea
deprecatur &
firmasset Augustus,
oblata dictaturam
& censuram
perpetuam.
Ultimi Cen-
sores ex pri-
vatis, sed no-
mine saltem,*

§. XXXIII. Postea cum potentiam suam jam aliquantum deprecatur & firmasset Augustus, oblatam sibi dictaturam nequamquam admissit. Qvinimo, cum alia ratione neque verbis, neque precebus populum posset inhibere, vestem suam discidit: recte invidiam atque odium ejus nominis vitans, cum honorem & potestatem majorem etiam dictatoria haberet. Idem fecit, cum eum Censorem perpetuum constituere vellent. Neque enim hunc honorem accepit, sed censores statim alios fecit, Paulum Æmilium Lepidum, & L. Munatium Plancum, fratrem hunc ejus, qui quondam proscriptus fuit. Hi postremi Censores ex privatis fuerunt, quod statim eis est ostendum.

Tri-

SEU CENSURA MORUM CAP. II.

51

Tribunal enim ipsorum cum prima magistratus die concenserent, corruit & confractum est; nec deinde alii censores eorum similes creati sunt. Augustus, quamvis his censura esset mandata, multa tamen, quæ eorum essent officii, egit; collegiorum alia prorsus sustulit, alia correxit; ludorum curam omnium prætoribus ita injunxit, ut eis a populo aliquid daretur: edicto etiam addito, ne quis plus reliquis ex suis facultibus in eos impenderet, neve munus gladiatorium injus-
fu senatus, aut sp̄cius duabus quotannis vicibus, aut plurimum quam centum & viginti gladiatorum exhiberet. *Dio l. 54.*
pag. 520.

§. XXXIV. In hac etiam Censura cum in senatu de mulierum & juvenum immodestia acclamaretur, quæ videlicet causa esset, quo minus facile matrimonia contraherentur; contendenterque ab eo, ut huic quoque emendationem adhiberet rei: (quo ipso eum tacite subsannabant, quia cum multis mulieribus rem haberet,) primum respondit, quæ maxime essent necessaria, ea se constituisse, reliqua autem eodem modo determinari nequaquam posse: deinde is ei sermo vi extorsus est, ut diceret, debere ipsos ea, quæ vellent, conjugibus suis præcipere ac admonere: quemadmodum ipse facere. Tum vero multo magis instare Senatores, & cupere discere, quænam essent eæ admonitiones, quibus se ad Liviam suam uti dixisset. Itaque Augustus, etsi perinvitus, nonnulla de vestitu, ac reliquo mundo muliebri, de progressuque in publicum & modestia mulierum retulit, nihil curans, quod res ipsa fidem dictis non faceret. In censura cum a quodam adduceretur ad ipsum adolescentem quidam, qui mulierem, cum qua adulterii coneturudinem habuisset, uxorem duxerat, essetque multis accusatus; Diu anceps hæsit, cum neque connivere ad eam rem, neque poenam irrogare auderet: tandem collecto animo, feditones, inquit, multa mala nobis attulerunt. Ea oblivioni demus, idque curemus, ne quid simile in posterum fiat. *Diod. l. 54. p. 531.* Denique in-

Astuta diffi-
mulatio Au-
gusti in cor-
rigendis me-
ribus.

G 2

vidiae



vidiae vitandae causa per alios senatum examinari & indignos ex eo moveri curavit. *Idem l. 55. p. 556.*

*Status censu-
re morum
sub Tiberio.*

§. XXXV. Sub Tiberii & Caligulae, tanquam crudelissimorum tyrannorum principatu Censum fieri desisse putat Bodinus *d. p. 972.* Et Alexander *p. 727.* Tiberii tempore, ait, magnis contentioniibus actum esse in Senatu, ut non modo censura, sed reliqui Magistratus quinquennales forent, & nisi quinquennio singulo comitia Magistratum fierent, sed hanc rem primum delatam, mox perpetuo silentio oblitteratam fuisse. Deprehendo euidem apud Tacitum *Ann. 2. c. 36.* actum in genere fusile de quinquennalibus Magistratibus, sed censuræ in specie ibidem nulla mentio. Et jam luxus invaserat universam civitatem, ut morum censura amplius locus non esset. Hinc non imprudenter Tiberius Senatoribus quibusdam conquerentibus de luxu respondit, non esse tempus censuræ *Tacit. ibid. c. 33.* & postea cum de luxu coercendo ac legibus sumptuariis ageretur prudentissima oratione *Ann. 3. c. 53.* id fieri disfusat. Neque adeo ob tyrannidem omissa fuit censura, neque ob luxum Tiberii, sed quod potestas summa non admitteret tam periculosem Magistratum, quodque sentiret optime Tiberius luxum non legibus, sed exemplo coerceri. Ut enim Tacitus eum vocat principem antiquæ parsimonie *d. l. 3. c. 52.* ita Dio *l. 57. p. 607.* plenius eum ab imputatione Bodini absolvit. *Aliquamdiu,* ait, *moderatissime Tiberius vixit, ac ne reliquos etiam libidinibus obsequi passus est, multis ob id supplicio coercitis.* Idemque cum senatus paenam ius, qui luxuriarentur, constitueret vellet, improbarit: eo addito, prestatare singulos certa ratione castigari, quam commune omnibus supplicium irrogari. Sic enim in praesentia quosdam metu dedecoris sibi temperaturos, ne virtus eorum palam fierent: ubi vero semel legem natura viciisset, nemini eam curæ futuram. Gestabant eo tempore permulti etiam viri vestem purpuream, quanquam vetitum esset jam pridem. *Id neque reprehendit in quoquam Tiberius, neque multavit: tantum ludis, cum plueret,*

ret, nulla ipse penula induitus efficit, ne quis etiam alias vestem inconcessum usurparet.

§. XXXVI. Pergit Bodinus *d* pag. 772. sub Claudio Imperatore lustrum 74. factum esse, deinde sub Nerone inter missum rursus a Vespasiano repetitum esse, eum etenim 75. censuram egisse. Claudium quod attinet, fuit ejus censura quoad mores corrigendos maxime inæqualis ac varia, prout ipsius Claudii mores erant. Recognitione eqvitum juvenem probri plenum, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, habere dicens censorem suum. Alium corruptelis adulteriisque famosum, nihil amplius quam monuit, ut aut parcus ætatulæ indulgeret, aut certe cautius. Ad didicte qvare enim ego scio, quam amicam habeas? Splendidum virum, Greciæque provinciæ principem, verum Latini sermonis ignarum, non modo albo judicum erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit. Plures notare conatus magna inquisitorum negligentia, sed suo majore dedecore innoxios fere reperit, qvibuscumque coelibatum, aut orbitatem, aut egestatem objiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus: eo quidem, qui sibimet vim ferro indulgisse arguebatur, illæsum corpus veste deposita ostentante. Fuerunt & illa incensura ejus notabilia, quod uno die 20. edicta proposuit: inter quæ duo, quorum altero admonebat, ut uberi vinearum proventu bene dolia picarentur: altero, nihil æqve facere ad viperæ morsum quam taxi arboris succum. *Sveton. in Claudio c. 16.*

§. XXXVII. De Vespasiano idem Suetonius c. 8. *Sufce-
pit & Censuram, ac per totum imperii tempus nihil habuit anti-
Censura.* Censuram, quam prope afflictam nutantemque Rempubl. stabilire primo, deinde & ornare &c. Ac ne quam occasionem corrigendi disciplinam prætermitteret, adolescentulum fragrantem unguenio, cum sibi pro imperata prefectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam gravissima increpuit: *Maluisse allium oboluisses.*

§. XXXVIII. De Domitiano Dio ita differit *l. 53. p. 508.* Ultima censura Domitiani. *Censoris nomen etiam quidam imperatorum more antiquitus usita-*

ustitato acceperunt, idque Domitianus per totam suam gessit vitam, nunc vero non amplius fit. Cum enim rem ipsam nostrum temporis Imperatores habeant, neque diliguntur ad censuram gerendam, neque ejus magistratus nomen, præterquam in agendo censu, ferunt. Quænam vero quoad morum correctionem egerit Domitianus, severa etiam in luxuriam & libidinem recenset Sveronius cap. 8. inter quæ sunt maxime notabilia, quod quæstorium virum, quod gesticulandi saltantique studio teneretur, movit senatu, & quod incesta Vestalium virginum, a patre suo quoque & fratre neglecta varie ac severe coercuit: priora, capitali supplicio, posteriora, more veteri. Nam cum Ocellatis fororibus. item Varonillæ liberum mortis permisisset arbitrium, corruptoresque earum relegasset: mox Corneliam, virginem maximam absolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam atque convictam, defodi imperavit: stupratoresque virgis in comitio ad necem cædi.

Frustranea
sub Decio
creatio Valeriani in
Censorem.

§. XXXIX. Tandem, ait Bodinus pag. 973. *Imperator Decius Valerianum in senatu censorem infinita potestate creavit. Deinceps omissa penitus censura.* Refert creationem Valeriani Trebellius Pollio in *Valeriano patre*, cum Decius posuerat in Senatus potestate, cui deberet Censura deferri, unanimiter delatam esse Valeriano: ac ita allocutum tuisse Decium novum Censorem, ut omnia fere, quæ hodie regalia maiestatis dicimus, illi cum censura tributa esse, etiam autoritatem legum scribendarum, significaret. Sed quid ad hæc Valerianus? Noluit censuram suscipere, ut recte explicat responsem Veleriani Besoldus *loco sœp. cit. p. 168.* Ait Trebellius: *Sed Valeriano sententia hujusmodi fuit; Quæso sanctissime Imperator, ne ad hanc me necessitatem alliges, ut ego judicem de populo, de militibus, de senatu, de omni penitus orbe, judicibus, & tribunis, ac Dicibus. Hæc sunt, propter quæ Augustum nomen tenetis; apud quos censura desedit: non potest hoc implere priuatus.* Veniam igitur ejus honoris peto, cui vita impar est, impar est confidentia; cui tempore sic repugnant, ut censuram, hominum natura non querat. Hoc est,

ut

ut tandem aliquando hoc caput claudamus, prudenter iudicavit Valerianus: *Censuræ morum in Monarchia, imo in Republica bene constituta locum non esse.*

CAPUT III.

CENSURÆ MORUM
CENSURA MORATA.

§. I.

Ut igitur ab eo incipiamus hoc caput, in quo finivimus præcedens, facile jam ex dictis probari probatio poterit, Censuræ morum prout haec tenus ea-nem, quod dem in prioribus capitibus descripta fuit, in Censura mo-
bene constituta Republica locum non esse. Sed hic no-
brevioribus esse licebit. Antea enim testimoniis & publicis
autoritatibus fuit' opus ad veritatem historiæ eruendam &
rite formandum quæstionis statum. Nunc magis pon-
deranda sunt rationum momenta. Licebit tamen ali-
quando illustrationis gratia aliorum dicta vel addere vel
interspergere.

§. II. Ajunt igitur communiter: Actiones indeco-
ras ac turpes, quæ legibus notatae non sunt, aut notari non possunt, uno verbo vitiæ civium, a magistratu eam in nor. Methodum constituto, non prolixo processu, sed ex animi sententia, ignominia in sensu concivium incurrente, & existimationem notatorum aut etiam opes eorum afficiente coérce-
ri debere, ut pudore erubescentes & notati & alii talia per-
petrare in posterum timeant, ac ita tota civitas vitiis pur-
getur. Ita Censuram Romanam ex his rationibus fuisse
commendatam, haec tenus subinde notavimus & videri insu-
per

per possunt *Besoldus d. lib. pag. 164. seq.* *Bodinus p. 983. & 996. Philippus Carolus ad Gellum pag. 267.* Uti vero singula fere verba dissentientium nobis argumenta probent sententiæ nostræ declarandæ, in tantum, ut copia cogitationum prope laboremus, ita tentabimus an moderatissimo, sed & aptissimo disputandi genere usi, brevissimis quæstionibus errori communi possimus ruborem excutere, & simul iis, qui præjudiciis nondum sunt occuscati veritatem sententiæ nostræ palpandam tradere.

Censuræ in-
utilitas
ostenſa, intui-
notata sunt, non erit Censura morum, sed judicium crimi-
tu (1) actio-
nale. Sin ea, quæ legibus notata non sunt, quero an notari
num notan-
darum, quæ-
tenuis ex lege
notari ne-
queunt, aut
notata non
sunt.

§. III. Agite igitur, &c. si vitia per censuram morum sunt corrigenda, mihi dicite, quænam? Si ea, quæ legibus notata sunt, non erit Censura morum, sed judicium crimatum (1) actuale. Sin ea, quæ legibus notata non sunt, quero an notari possint lege ac debeant, (& tum lege notentur non censura,) an non debeant? si hoc, an ergo agnoscitis, esse quosdam actus vitiosos, qui non sunt objectum prudentiæ legislatoris? an rationes etiam nostis? Nonne Principis officium saltem est providere, ut malitia hominum inquietorum pacem externam turbantium coercentur, & tranquilli adversus illos defendantur? Nonne multa sunt vitia, quæ pacem & tranquillitatem externam non turbant? Annon multæ aliae causæ subsunt, quæ prudenti Principi non syudent saltem, sed & eum jubent, ut actiones etiam turpæ lege peccanti non coercent, puta si sint mere internæ; si sint lapsus minutissimi, quos in hac naturæ conditione, etiam iis, qui magnam attentionem adhibere student, effugere non licet; si sunt vitia animi ex communi corruptione resultantia, quæ ita frequentia sunt, ut non possint non destrui civitates, si poenit humanis in istas animadverteretur, quoisque in enormes actiones non eruperint? Annon ad hanc classem actionum pertinent avaritia, ambitio, ingratus animus, inhumanitas, hypocrisia, invidia, studium aliis detrahendi, superbia, iracundia & discordia? Si de his actionibus non dubitatur, annon etiam eo pertinent ignavia, impolitie, lubricitas linguae, libido, impudicitia, prodigalitas, intemperanza.

perantia? Annon Apostolus æque illam ac hanc classem operibus carnis accenset? Et quænam est adeo differentia, cur posterior classis præ priore sit vel legibus vel censura coercenda? Porro, annon multæ actiones turpes ideo poenis humanis non notantur, ut actiones honestæ iis oppositæ eo melius dignosci possint, quod videlicet non intuitu poenæ humanæ, sed ex virtutis amore sint suscepitæ? Annon aliæ tanti non videntur esse momenti, ut judices ideo sint inquietandi, aliæ vero sunt obscurissimæ disceptationis, in aliis denique plane inolitum vitium est, quod citra convolutionem totius civitatis tolli nequit? Quod si igitur prudentia legislatoria has & similes actiones poenis non coercendas judicat, & dissentientes id fatentur, velint tamen eas notari a Censoribus, nova quæstiones oriuntur: an officium Censorium prudentia regi debeat? an imprudentia? an prudentia Censoria sit opposita prudentiæ Legislatoriæ? An una prudentia alteri opponi possit?

§. IV. Cum autem actiones illæ indecoræ, quæ aitem, quate. Censoribus notari debent, plerumque, si non semper, adhuc ex sunt earum genera pertineant, quas modo diximus lege non esse indecoræ. notandas, aut Patroni Censura concedent quæstiones parægraphi præcedentis de rationibus actionum turpium legibus non notandarum, aut negabunt. Si negabunt, debent ostendere cur communia principia de objecto poenarum humanarum cum recta ratione non conveniant. Si concedent, ruit sua sponte commendatio Censuræ morum. An enim putabunt actiones indecoras pro decoris esse habendas, si quis eas coacte & metu ignominiae omittat? An v. g. castus, temperans, laboriosus, gratus &c. est, qui non ex animi sui sententia, sed coacte a libidine, intemperantia, ignavia, ingratitudine abstinet? aut annon potius actiones harum virtutum, nomen actionum virtuolarum statim amittunt, quamprimum vel minima coactio externa eas adminiculatur?

H

§. V.

Qvatenu
sunt plurimæ,
Qvatenu
versarum
classum &
graduum,
Qvatenu
publica vel
clandestinæ
seu domesti
ca.

§. V. Sed abstrahamus jam a coactionis & metus
illa circumstantia, & ponamus, debere easdem violentis
remediis in Republica coerceri. Utrum *omnia* vitia coer-
cebant Censura morum, an saltem *quædam*? Si quædam sal-
tem, annon falsa est commendatio censuræ, quod ope ejus
purgetur Respublica ab omnibus vitiis? An privilegia ha-
bebunt vitia illa, quæ notare omittet officium Censorum
præ reliquis, & quænam sunt illa privilegia? Si omnia, an
etiam notabunt *invidiam, emulationem, ingratitudinem, inhu-*
manitatem? An sufficientia erunt tribunalia Censorum ad
inquisitionem lorum vitiorum & dijudicationem? Annon
Seneca jam notavit *omnia omnium* judicium tribunalia non
sufficiunt ad solas causas ingratitudinis dijudicandas? Et
cur Censores Romani ista vitia non notarunt? Imo si sola
voluptatis irritamenta putabant esse notanda, an etiam nota-
bant *minimos lapsus* ex istis animi vitiis provenientes, an
gradus constituent & enormes saltem coercebunt? Si min-
imos lapsus, annon hoc inhumanum erit? Annon tota
Censura ob hanc inhumanitatem nova Censura indigebit?
Annon liberorum hominum tum deterior erit conditio in
Republica bene constituta, quam vilissimorum mancipiorum,
sub durissima servitute? An iterum sufficient omnes
omnium Censorum curæ & circumspectiones minima ista
observandi? Si *lapsus enormes* saltem præ minoribus illis re-
primere intendant, quænam erit norma culpam ejusmodi la-
tam a levi secernendi? An impolitiem, an jocum intempe-
stivum an oscitationem, an rusticatatem ad graviora flagitia
referent, an ad leviora? Cur, si ad leviora, ut videtur, talia
referenda sunt, Romani, cordatissimi illi & prudentissimi
mortalius has minutias tamen per Censores suos ignomi-
nia notarunt? Porro an vitia ejusmodi & actiones indeco-
rae ad officium censorum pertinebunt saltem, si quis *in pu-*
blico h. e. extra domum & familiam suam iis scandalum de-
derit aliis, an etiam domesticæ patrumfamilias actiones time-
bunt

bunt stilum Censoris? Si saltem publicas notandas volunt, annon iterum reprehendent Censuram Romanam, quam tamen, ut exemplar Prudentiae ab aliis imitandae commendant? Si & domesticas; An volent, quemlibet & in domo sua eundem decoris gradum observare debere, qui obser-vatur in conversatione publica? Si illud, annon tollent omnes decori regulas omnium moratiorum gentium? Si indulgebunt, differentiam utique esse debere, & admittent decorum remissius in domo, quot & quantis apicibus opus erit, istud remissius decorum secernendi ab indecoro virgula Censoria coercendo? Et ut unico saltem exemplo rem de-clarem, si pater familias ex senatu ejiciendus est, quod in praesentia filiae uxori expansi brachiis osculum dederit, quid de eo fiet, qui in praesentia filiae, aut etiam ancillae, su-perfluum ex visceribus ventum, gravissimum videlicet na-turae pondus, cum strepitu emiferit? An & hoc flagitium ad vindictam & attentionem Censorum pertinebit?

§. VI. Nolo de actionibus plura querere, ut ad per-(²) Intuitu sonas pergam, quarum actiones a Censoribus notandæ notandarum sunt. An igitur omnes subjicientur virgulæ Censoriae? infantum, quanto sudore officium hoc expediendum erit? An in-fœminarum, fantes etiam & pueri? An si hoc fiet, non inanis erit & su-pervacua omnis patria potestas? An si hi curæ patrum re-linquentur, sperare poterunt Cenfore, quod vitia radici-tus e Republica extirpare possint, cum prima educatio fir-mas radices agat in animis hominum? Amnon Bodinus supra conquestus est, quod educationis cura, quæ publi-ca esse debeat, relinquatur curæ privatorum? An etiam fœ-minæ? Quid ad id vero Romani dicent, de quibus supra probavimus fœminarum mores relictos esse censuræ mari-torum? Quo censuræ genere utentur Cenfore adversus sexum sequiorem? An senatu eas movebunt? &c. An ca-stigabunt eas? Annon pudor Censorum & castitas magnis tentationibus subjicietur? An præfumentur si soli sint

cum solis de morum emendatione esse solliciti? Quod si fœminarum mores centurie non subjiciuntur, quantum damnum patietur Respublica? Annon enim ad plerasque gentes applicari poterit, quod jam tuo tempore Cato de Romanis dicebat: (*teste Plutarcho in Catone Majore f. m. 303.*) omnes homines mulieribus imperant, nos omnibus hominibus, nobis mulieres? &c. An etiam Sacerdotes? Ast si hos notare velint, an non ignominia illa verget in contemptum Ministerii? Si horum mores debeant a judicio morum immunes esse, nonne multa hominum parum moderatorum scandalum relinquuntur in Respublica? Annon horum exempla plus nocebunt, quam centuria reliquorum proficiet? An & *superiores?* aut an ipsi Censores supremi erunt in Respublica? Annon occasionem accipient Censores per ignominiam superiorum Rempublicam ipsam invadendi? An Regem etiam notabunt, & quemadmodum senatores senatu, ita Regem regno movebunt? Annon si in *monarchia* non facile locum esse Censoribus concedent dissentientes (cum Besoldo p. 163. & Bodino p. 983.) facile aliis ex multis rationibus consilium etiam suspectum erit in *reliquis Rerumpublicarum formis?* Aut annon & in *reliquis Rebus publicis* etiam character Majestatis Censorum impatiens, residet?

(3) Intuitu
censorum
ipsorum, &
an hi ipsi vi-
tis sint va-
cui, aut esse
possint? Ca-
tonis cens-
vii mores pra-
vi.

§. VII. Sed demus, hæc omnia carere dubio, *quibus-nam* jam ipsa censura demandabitur? Annon ipsi *magistris* turpibus spectaculis adsidere. Ergo severis Censoribus opus erit. Quid si autem ipsi Censores comedii interpossint? An censores Censorum creabuntur? At, inquit, veteres Romani operam dabant, ut Censores fierent ii, quorum vita non tantum a rapinis, sed a *viriis* pene *omnibus libera* fuerit & vacua (Besoldus d. l. p. 163. Bodinus d. l. p. 983.) Bene. An igitur & tales creari vultis? Haud dubie. Sed ubi eos inveniemus? An Dii erunt, an Dæmones seu

An-

SEU CENSURA MORUM. CAP. III. 61

Angeli, an homines? An homines dantur absque vitiis? si vitia habebunt Censores, cur non alias patientur esse & que homines? Porro Romanorum Censores tales fuerunt, quales a Bodino & Besoldo prædicantur? An non Fabii Gurgitis & L. Lentuli censura hos autores refutat, quorum ille, licet defamatusimus, postea tamen ætate gravis censuram severissimis moribus egisse dicitur, hic vero repetundarum antea accusatus & condemnatus ut & alii censoria nota antea perstrieti, censores tamen facti sunt? (Macrob. lib. 3. Saturn. c. 13. Valer. Max. lib. 2. c. 4. in fin. & lib. 6. c. 11. in princip. Alexand. ab Alex. d. lib. 3. cap. 13. pag. 723.) Annon M. Fabius Censor, dum filium furto insimulatum, ultimo supplicio affecit, contra leges parricidium in ipsa censura commisit? (vid. Paul. Orosius Hist. lib. 4. c. 13.) Annon Appi Claudi, annon M. Livii, & Cl. Neronis Censorum turbas (cap. præced. §. 27. & 28. memoratas) legerunt? Sed prodeat in scenam ipse Porrius Catō Censorius, cuius virtutes & censura communiter a dissentientibus ad cœlum usque extolluntur, (conf. Liv. lib. 39. c. 40.) & a quo hodienum viri severi & virtuosam vitam praeteferentes Catones appellantur. Qvodnam factum turpius esse judicatis, vxorem in conspectu filiæ osculari (quam ob causam Catō senatorem senatu movebat,) an gloriari, cum Catone, quod nusquam a muliere amplexum tulerit, nisi aliquando cum vehementis tonitru esset, addito intempestivo joco, Jove tonante se felicem esse? (vide iterum Plutarch. in Cat. maj. f. m. 308.) Qvisnam jocus turpior, illene Catonis modo memoratus, an illius, quem inter aerarios Catō retulit, quod responderet: habeo quidem vxorem, sed non ex animi sententia? (vid. cap. 2. §. 11. seqq.) Sed & hoc tanquam leve transeat. Nonne Catō ille, virtutum exemplar, homo fuit torpidus, inhumanus, (qui hominibus sicut jumentis vteretur, eosque ætate confecta expelleret & venderet,) laudator item fui & admirator, (quiique apertam jactanti-

am magnanimitatis comitem putaret,) accusandi item & calumniandi studiosus, qui servos adigeret, ut pro certo pretio cum ancillis rem haberent, quique jam senex scor-
tum aleret, &c, ut filii vultum saltē torviorem & ea de re
pudore suffusum ulcisceretur, indecorē foeminam vilis con-
ditionis sub vanissimo prætextu in vxorem duceret? (vide
omnino Plutarchum quædam ex his severe notantem in vita
Catonis, eique subiuncta comparatione Catonis & Aristidis.) Denique annon, qui tales esse volunt Censores tuos, recordantur eorum, quibus Cicero lib. 3. de l. L. cum in Republi-
ca sua phantaſtica legem tulisset, quod Ordo senatorius vitio
carere debeat, ceterisque speciem esse, ita sibi dubium movet
ipse, & ita respondet. Q. Preclarā vero, frater, ista lex est,
& late patet, ut vitio careat ordo, & censorem querat in-
terpretem. A. Ille vero, et si est totus tuus ordo, gravissimamque
memoriam retinet consulatus tui, pace tua dixerim,
non modo Censores, sed etiam judices omnes potest defatigare.
M. Omitte ista, Atice. Non enim de hoc senatu, nec bis de
hominibus, qui nunc sunt, sed de futuris, si qui forte his legi-
bus parere voluerint, hæc habetur oratio. Nam cum omni
vitio carere lex jubeat, ne veniet quidem in eum ordinem un-
quam vitii particeps. Id autem difficile factu, est, nisi edu-
catione quadam, & disciplina: de qua dicemus aliquid for-
tasse, si quid fuerit loci, aut temporis. Annon hoc idem
est, ac si Cicero dixisset: ad Calendas Græcas, vel aperte
confessus fuisse, talēm ordinem non dari nec dari posse.

(4) Intuitu
numeri Cen-
sorum.

§. VIII. Quot vero Censores creabunt? An unum? hic non Censor fiet, sed Dictator & cum Dictatura imperium invadet. Neque unum Romani habebant. An duos? Arque hi ad corrigendos mores depravatos non sufficient, & si per alios rem expedire velint, aut per delatores, periculum subibunt, ne idem ipsis accidat, quod cap. præced. de Imperatore Claudio retulimus. Quid si vero hi duo sibi invicem adversentur, & unus aliquem, v. g. senatu movere velit,

velit, alter nolit? (*vide omnino Cicer. pro Cluentio, c. 47.*) An ergo tres erunt ut votorum pluralitas rem definiat? Atqui hoc nimis olet morem judicandi, & impedit liberam animi sententiam Censorum. Sed & tres toti Reipublicæ non erunt sufficientes. Ergo plurimi requirentur. Sed inter hos annon majores adhuc turbæ & dissidia timenda sunt. Ast Romani tamen duobus contenti erant. *Bodinus d. lib. pag. 983.* Quia videlicet Censores a Romanis lustricauſa initio creabantur, non morum gratia.

§. IX. Fac autem, jam etiam de numero Censorum constare quomodo hi officio suo fungentur? An ea observabunt, qua naturale jus dictitat in causis cognoscendis obser-vanda esse, an notandum examinabunt, testes producent, defensionem permittent? Minime. Id enim multas ambages requireret, & ita Romani Censores non agebant (*vide omnino Ciceronem pro Cluentio dd. II.*) Sed annon hoc modo ſæpe fallent & fallentur, si ad ſolam famam homines notent? Annos multos innocentes ignominia afficiunt? (*vid. Id. Cicero ibid. cap. 48.*) Porro an folis verbis increpabunt? Et hoc jam capite primo removimus. An si ignominia afficiunt, ignominia illa non erit *pæna*, non erit *infamia*, ut supra cap. 2. §. 21. Cicero persuadere volebat? Annos poena est dolor ob delictum? Annos ignominia illa a Censoribus inflicta dolorem inferebat? Annos motio ex ordine senatus, relatio inter ærarios &c. poenarum species sunt? Annos vulgatum istud verum est; Oderunt pecare mali *formidine* poenæ? An infamia non est laſio existimationis nostræ per Magistratum facta? (*conf. supra c. 2. §. 22.*) Sed inquis, rescindi poterat hæc ignominia & rescissa ſæpe fuit. Annos autem datur etiam restitutio in integrum contra rem judicatam? Quod si itaque innocentes damnentur a Censoribus, quis de iniuritate cognoscat? Si nemo, ut vult Bodinus *pag. 993.* Censura in tyrannidem degenerabit. Si alii, dabuntur Censores Censorum.

§. X.

1500 (6)
1500000

(1) Intuitu
modi censu-
ram morum
expediendi.

DISSERTATIO DE JUDICIO

(6) Intuitu
temporis.

§. X. Quando vero & quo tempore Censuram exercebunt Censores. An saltem lustri sive quinquennalis, sive octodecimestrī tempore, an & tempore *intermedio*? Si illo saltem, ut faciebant Romani, quot flagitia interim curae & nocte Censoriae se subducent? Quomodo vitia, quæ quotidie patrantur possunt extirpari, si semel saltem per quinqueannum ea notantur? Si continua erit Censura, continua indignationes, continua turbæ.

(7) Intuitu
finis.

§. XI. Denique cui usui erit Censura? Ut *vitia*, dicunt, penitus eradicentur e Republica. Putatisne ita ex animi sententia? Annon vitia erunt, donec homines? An mediis civilibus homines possunt evadere pii, id est vere virtuosi, aliam enim pietatem homo sapiens non agnoscit? Annon haec assertio evidentissime repugnat Christianismo & doctrinæ Evangelicæ? Imo annon recte rationi directo adversatur? Oderunt peccare boni virtutis amore. An amor virtutis per servilem timorem apud ullum suscitabitur? Annon potius, si quid per Censuram efficietur, saltem cives dissimulabunt *vitia* & cautius saltem peccare studebunt? Imo si voluptas saltem cum suis vitiis coercebatur, invidia autem, avaritia & ambitio sine nota relinqventur, annon ambitio & avaritia incrementa sument majora? Qvodnam vero vitium plus nocet Republica? voluptasne cum multa sinceritate & humanitate sepe conjuncta, an insidiosa, & crudelis, ac fastu & arrogancia plena hypocrisis? Denique annon tota Dissertatio nostra ostendit, per Censuram in Republica Romana nil minus quam *vitia* eradicta esse? Annon apertum est, saepius a Censoribus Romanis popularem auram captatam esse? (vid. Cicer. pro Cluentio cap. 47. & ibi *Sylvium* pag. 109.) &c.

Conclusio ex
haec tenus di-
ctis.

§. XII. Vides lector, quorsum te vertas, undiquaque palpari errorem communis sententiae de utilitate judicij morum. Multa diximus paucis, sed pauca diximus adhuc intuitu eorum, quæ dicenda restant, si tempus dicendi reflaret.

SEU CENSURA MORUM CAP. III. 65

staret. Vides singulas lineas eorum, quæ diximus suppeditare peculiares observationes, neque nobis rationes deesse conficiendi integrum volumen, sed deesse otium & occasionem; deesse chartam, ut non prolixius testimonia virorum doctorum & sapientum recensere possumus.

§. XIII. Sed quænam est ratio, cur tot & tanti viri
in errore communem inciderint? Dicam & hoc paucis,
quamvis rationes plures sint. 1.) Est confusio census bo-
norum cum censura morum. Hæc perpetuo miseret
Bodinus, potissimum p. 971. seq. usque ad p. 983. 2.) Confusio
quæstionum diversarum, quamvis affinium, v. gr. de legi-
bus contra otium &c. quam confusionem admirerunt A-
lexander, Besoldus, Bodinus, Chokier aliique dum usum
Censuræ morum etiam aliis gentibus plurimis fuisse co-
gnitum persuadere volunt. 3.) Fallaciæ multæ, ut quando
Bodinus pag. 990. ex eo, quod lex Clodia rursus a Romanis
sit abrogata, inferre vult, quod utilis, necessaria & salutari-
ris Reipublicæ semper fuerit Censura. *Conf. Ant. Augustin.*
d. LL. & SCts sub Lege Clodia. 4.) Nimia admiratio facto-
rum a Romanis, quasi omnia eorum facta sint prudentissi-
ma & justissima. Huc pertinet integer tractatus Alberici
Gentilis de iustitia armorum Romanorum. Talibus legendos
commendamus Augustinum de C. D. Pauli Orosii historias, les
Oeuvres de M. de Saint Evremont &c. 5.) Nimia admiratio
Scriptorum Romanorum. Cum enim audiant, a pueri-
tia eos Autores esse Classicos ob latinitatem, putant etiam
esse infallibles in iis omnibus quæ tradunt. 6.) Hinc in
præsenti materia nihil fere afferunt quam autoritates Livii,
Valerii Maximi, Ciceronis &c. nec recordantur, quod
iudicem Romani commendent autochiriam Lucretiæ & Ca-
tonis, factum turpe Curtii &c. 7.) In specie vero admiratio,
an adoratio Ciceronis, boni quidem Oratoris, sed
non boni viri, iudicio Historici ingenui ac prudentis Dio-
nis lib. 38. pag. m. 66. 8.) Imprudens interpretatio eorum
I quæ

66 DISSERT. DE JUDIC. SEU CENS. MOR. CAP. III.

quæ ab ipsis Romanis, & ipso etiam Cicerone dicta sunt, dum non dijudicant, an ex animi sententia ab iis quædam afferantur, an solum ut causæ vel personæ inserviant. Ita in orationibus pro Sextio, pro Milone, item in Pisonem Cicero obiter commendat censuram, sed in Oratione pro Cquentio iniquitatem ejus cum ratione demonstrat &c.

Genuinum
remedium
emendandi
mores.

S. XIV. Sed hoc pacto inquis, si Censuram morum tollis, fenestræ aperiuntur flagitiis. Bona verba quæso. Cur non & januæ aut portæ? Non commendamus flagitia, absit, etiam si ostendamus, Censuram morum esse remedium ineptum ad ea tollenda. Aliud remedium suppetit, & melius & præstantius. Bonum exemplum. Si videlicet Princeps & Optimates virtuose vivant. Hoc si fiat, Censore nullo erit opus. Si non fiat, vel mille Censores nihil proficient. Agnovit asserti hujus veritatem tandem post multas ambages ipse Besoldus pag. 163.

164. 168. Et elegans eam in rem est locus Ciceronis lib. 3. de LL. cap. 14. Itaque subsisto, & rogo, ut

Lectores benevoli hoc velint esse
Catone contenti.

F I N I S.



64475

AB 64475

ULB Halle
002 813 890

3



TAFOC

R
VO 17



16

DISSE^TRAT^O JURIDICA
DE
JUDICIO
SEU
CENSURA MORUM,
QUAM
IN REGIA FRIDERICIANA
PRÆSIDE
D. CHRIST. THOMASIO,
JC^{TO},
SERENISS. ET POTENT. REGIS BORUSS.
CONSILIARIO INTIMO ET PRO-
FESS. JUR. ORDIN.
PUBLICÉ PROPONIT
D. X. MAJI A. M DCC II.
H. L. Q. C.
**CHRISTOPHORUS GUILIELMUS SCHEURL,
DE DEFERSDORF.**
NORIMB.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS JOAN. CHRIST. GRUNERTI, ACAD. TYPOGR.
Recusa 1748. (8¹/₂)